CÆREMONIALE CONTINENS RITUS ELECTIONIS ROMANI PONTIFICIS...

Chiesa cattolica

Sch. 18

CÆREMONIALE

CONTINENS RITUS ELECTIONIS

ROMANI PONTIFICIS

GREGORII PAPÆ XV

JUSSU EDITUM

CUI PRÆFIGUNTUR

Constitutiones Pontificiæ, & Conciliorum Decreta ad eam rem pertinentia.

VENETIIS MDCCXCIX.

TYPIS FRANCISCI ANDREOLA.

Digitized by Google

I N D E X
CONSTITUTIONUM

Quæ hoc Volumine continentut.

Constitutio Symmachi Papæ, quæ incipit *Si quis*, contra tractantes de electione Romani Pontificis, Papa superstite, eoque inconsulto. fol. 1.

Constitutio Nicolai Papæ II. *In nomine Domini*, de iis, ad quos electio Rom. Pontificis pertinet. 2.

Constitutio Alexandri III. *Licet de vitanda*, qua a duabus partibus Cardinalium Romanum Pontificem eligi debere, statuitur. 5.

Constitutio Gregorii X. *Ubi periculum*, qua locus, ac tempus electioni præfiguntur; Conclavis etiam usus instituitur. 6.

Constitutio Clementis V. *Ne Romani*, qua declaratur Constitutio Cregorii X., & nonnulla de potestate cætus Cardinalium, Sede vacante, adjiciuntur. 11.

Constitutio, seu Bulla Clementis VI. incipit *Licet in Constitutione*, qua multa circa Conclavis usum, locum, servos Cardinalium, cibos, & alia eodem pertinentia, declarantur. 13.

Constitutio, seu Bulla Julii II. *Cum tam Divino* contra simoniace electos; necnon simoniace eligentes. 15.

Constitutio, seu Bulla Pauli IV. *Cum secundum Apostolum* contra tractantes de electione Romani Pontificis, Papa vivente, eoque inconsulto. 21.

Constitutio, seu Bulla Pii Papæ IV. *In eligendis*, in qua de exequiis defuncti Pontificis, de Pote-

state

state Sac. Collegii Cardinalium, & Officialium Romanæ Curiæ, Sede vacante, agitur. 27.
Constitutio, seu Bulla Gregorii Papæ XV. *Æterni Patris*, in qua tres tantum formæ electionis Romani Pontificis approbantur, & scrutinium per secreta schedularum suffragia fieri præcipitur. 41.
Constitutio ejusdem Gregorii Papæ, incipit *Decet*, qua præsens Cæremoniale confirmatur. 56.
Constitutio, seu Bulla Urbani VIII. *Ad Romani Pontificis*, confirmatio Bullæ Greg. XV. de electione Rom. Pont. & Cærem. contin. illius ritus. 80.
Constitutio, seu Bulla Alexandri VII. *Inter cæteras*, de bonis Ecclesiæ non alienandis. 112.

Sequuntur in fine.

Constitutio, seu Bulla Innocentii XII. *Romanum decet Pontificem*, Moderatoria Donationum, & Distributionis Redituum Ecclesiasticorum in Consanguineos, vel Affines Rom. Pontif. &c. 137.
Riforma delle spese solite farsi in tempo di Sede Vacante, e per il Conclave. 147.
Constitutio, seu Bulla Clementis XII. *Apostolatus Officium* diversas continens ordinationes pro directione Conclavis, ac rerum Sede Apostolica vacante agendarum. 165.
Chirografo con diversi Ordini, e Riforme, che riguardano il Conclave, ed il tempo della Sede Vacante. 185.

CON-

CONSTITUTIONES ROMANORUM PONTIFICUM ET DECRETA CONCILIORUM

Ad Electionem PAPÆ pertinentia.

SYMMACUS PAPA IN CONCILIO ROMANO.

SUMMARIUM.

PAPA *superstite, & eo inconsulto, non potest tractari de futuri Pontificis Electione, sub pœnis hic contentis.*

SI quis, PAPA superstite, pro Romano Pontificatu cuiquam quolibet modo favorem præstare convincitur, loci sui honore privetur: et infra. Si quis Presbyter, aut Diaconus, aut Clericus, PAPA incolumi, & eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano Pontificatu accommodare, aut pyctacia promittere, aut sacramentum præbere tentaverit, aut aliquod certe suffragium polliceri, vel de hac causa privatis conventiculis factis deliberare aliquid, atque decernere præsumpserit, loci sui dignitate, vel communione privetur, & infra.

Edita An. salut 499, & refertur in cap. Siquis PAPA, dist. 79.

Revelantibus delinquentes contra suprapositum Concilii Romani Decretum impunitas datur, & remuneratio promittitur.

§. Propter occultas fraudes, & conjurationum secretas insidias, quas sententia hujus distinctionis persequitur, si quis ad Ecclesiasticam pertulerit notitiam consilia eorum, qui contra hanc Synodum de Pontificali egerint ambitu, & rationabili probatione convicerit, particeps hujusmodi actionis, non solum purgatus ab omni culpa sit, sed etiam remuneratione, quæ non indigna sit, sublevetur.

162

NICOLAUS PAPA II.

In Concilio apud Lateranum habito.

SUMMARIUM.

Ponuntur cauſæ hujus Decreti.

Edit. Ar. D. 1059, & refertur dist. 23.

IN Nomine Domini Noſtri JESU CHRISTI, & Salvatoris ab Incarnationis ejus anno milleſimo quinquageſimo nono, menſe Aprili, indictione duodecima, præpoſitis ſacroſanctis Evangeliis, præſidente quoque Reverendiſſimo, ac Beatiſſimo Papa Nicolao in Baſilica Lateranenſis Patriarchii, quæ cognominatur Conſtantiniana: conſedentibus etiam Reverendiſſimis Epiſcopis, Abbatibus, Presbyteris, Diaconibus: idem Venerabilis Pontifex auctoritate Apoſtolica decernens de Electione Summi Pontificis inquit: Novit Beatitudo veſtra dilectiſſimi Fratres, & Coepiſcopi, inferiora quoque membra non latuit, defuncto bonæ memoriæ D. Stephano prædeceſſore noſtro, hæc Apoſtolica Sedes, cui auctore Deo ſervio, quot adverſa pertulerit, quot denique per ſimoniacæ hæreſis trapezitas repetitis malleis, crebriſque tunſionibus ſubiacuit: adeo quidem, ut columna Dei viventis tam pene videretur nutare, & ſagena ſummi Piſcatoris, procellis intumeſcentibus cogeretur in naufragii profunda ſubmergi, unde ſi placet Fraternitati veſtræ, debemus, auxiliante Deo, futuris caſibus prudenter occurrere, & Eccleſiaſtico ſtatui, ne recidiva, quod abſit, mala prævaleant, præcavere.

Electio Papæ *pertinet in primis ad Cardinales Epiſcopos, qui Metropolitani vice funguntur, deinde ad Clericos Cardinales, reliquusque Clerus, & populus conſenſum tantum electionis præſtant.*

§. Quapropter inſtructi prædeceſſorum noſtrorum, aliorumque Sanctorum Patrum auctoritate, decernimus, atque ſtatuimus, ut obeunte hujus Romanæ Eccleſiæ univerſalis Pontifice, in primis Cardinales Epiſcopi diligentiſſime ſimul de electione tractantes, mox Chriſti Clericos Cardinales adhi-

hibeant; sicque reliquus Clerus, & Populus ad consensum novæ electionis accedant, nimirum præcaventes, ne venalitatis morbus aliqua occasione surrepat, & ideo religiosissimi viri præduces sint in promovenda Pontificis electione, reliqui autem sequaces. Certus vero, atque legitimus hinc electionis ordo perpenditur, si perspectis diversorum Patrum regulis, sive gestis, etiam illa Beati Leonis Papæ prædecessoris nostri sententia recolatur. Nulla (inquit) ratio sinit, ut inter Episcopos habeantur, qui nec a Clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a comprovincialibus Episcopis cum Metropolitani judicio consecrati; sed quia Sedes Apostolica cunctis in orbe terrarum præfertur Ecclesiis; atque ideo super se Metropolitanum habere non potest, Cardinales Episcopi procul dubio Metropolitani vice funguntur, qui videlicet electum Antistitem, ad Apostolici culminis apicem provehant consecrandum.

Eligi debet PAPA *de gremio Ecclesiæ Romanæ si reperitur idoneus, alioquin ex alia Ecclesia eligendus est.*

§. Eligatur autem de ipsius Ecclesiæ gremio, si reperitur idoneus, vel si de ipsa non invenitur, ex alia sumatur; salvo debito honore, & reverentia dilecti filii nostri Henrici, qui in præsentiarum Rex habetur, & futurus Imperator Deo concedente speratur, & jam sibi concessimus, sicut successoribus illius, qui ab hac Apostolica Sede personaliter hoc jus impetraverint.

Si non potest ob impedimenta eligi PAPA *in Urbe, potest alibi a Cardinalibus, & aliis, de quibus supra, licet paucis, eligi.*

§. Quod si pravorum, atque iniquorum hominum ita perversitas invaluerit, ut pura, sincera, atque gratuita fieri in Urbe non possit electio, Cardinales Episcopi cum religiosis Clericis, catholicisque laicis, licet paucis, jus potestatis obtineant eligendi Apostolicæ Sedis Pontificem, ubi congruerit.

Si electus PAPA *ob impedimenta, de quibus hic, non potest inthronizari, nihilominus est verus* PAPA, *& potest regere Ecclesiam Romanam, & de omnibus facultatibus ejus disponere.*

§. Plane postquam electio fuerit facta, si bellica fuerit tempestas, vel qualiscunque hominum conatus, malignitatis studio restiterit, ut is, qui electus est, in Apostolica

564

Sede juxta consuetudinem inthronizari non valeat, electus tamen sicut verus PAPA obtinet auctoritatem regendi Romanam Ecclesiam, & disponendi omnes facultates illius, quod Beatum Gregorium ante suam consecrationem cognovimus fecisse.

Electus PAPA *contra formam hujus Decreti, punitur, ut hic, cum suis fautoribus.*

§. Quod si quis contra hoc decretum nostrum synodali sententia promulgatum, quasi per seditionem, vel præsumptionem, aut quolibet ingenio electus, aut etiam ordinatus, seu inthronizatus fuerit, auctoritate divina, & Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, perpetuo anathemate cum suis auctoribus, & fautoribus, & sequacibus a liminibus Sanctæ ~~Ecclesiæ separatus abjiciatur~~, sicut Antichristus, & invasor, & destructor totius Christianitatis, nec aliqua super hoc ei audientia reservetur, sed ab omni ecclesiastico gradu in quocunque fuerat prius, sine retractatione deponatur, cui quisquis adhæserit, vel qualemcumque tanquam Pontifici reverentiam exhibuerit, aut in aliquo eum defendere præsumpserit, pari sententia sit mancipatus. Quod si quis hujus nostræ Sanctæ Decretalis sententiæ temerator extiterit, & Romanam Ecclesiam sua præsumptione confundere, & perturbare contra hoc Statutum tentaverit, perpetuo anathemate, & excommunicatione damnetur, ;& cum impiis, qui non resurgent in judicio, reputetur, Omnipotentis iram contra se sentiat, & Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, quorum Ecclesiam præsumit confundere, in hac vita & in futura furorem sentiat, ſit habitatio illius deserta, & in tabernaculis suis non sit, qui inhabitet: fiant filii ejus orphani, & uxor ejus vidua, commotus commoveatur ipse, & filii ejus mendicent, & ejiciantur de habitationibus suis, scrutetur etiam fœnerator omnem substantiam ejus, & diripiant alieni labores ejus. Orbis terrarum pugnet contra eum, & cuncta elementa sint ei contraria, & omnium Sanctorum quiescentium merita illum confundant.

Observatoribus hujus Decreti* PAPA *precatur Dei gratiam, & peccatorum veniam.

§. Observatores autem hujus nostri decreti, Omnipotentis gratia protegat, & auctoritas Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli ab omnium peccatorum vinculis absolvat.

ALE-

by Google

ALEXANDER III,

In Concilio Lateranensi.

SUMMARIUM.

Electum in Romanum Pontificem a duobus partibus Cardinalium, nulla exceptione obstante est Papa. *Electus autem a minori numero, gerens se pro* Papa, *incidot una cum sibi adhærentibus in pœnas hic contentas.*

Licet de vitanda discordia in Electione Romani Pontificis manifesta satis a Prædecessoribus nostris constitura manaverint, quia tamen sæpe post illa, per improbæ ambitionis audaciam, gravem passa est Ecclesia scissuram, nos etiam ad malum hoc evitandum, de consilio Fratrum nostrorum, & sacri approbatione Concilii, aliquid decrevimus adjungendum. Edit. An. sal. 1180, & refertur in capit. Licet de Elect.

Statuimus ergo, ut si forte (inimico homine superseminante zizaniam) inter Cardinales de substituendo Summo Pontifice non potuerit esse plena concordia, & duabus partibus concordantibus, pars tertia concordare noluerit, aut sibi alium præsumpserit nominare, ille absque ulla exceptione ab universali Ecclesia Romanus Pontifex habeatur, qui a duabus partibus electus fuerit, & receptus. Si quis autem de tertiæ partis nominatione confisus, quod de ratione esse non potest, sibi nomen Episcopi usurpaverit, tam ipse, quam ii, qui eum receperint, excommunicationi subjaceant, & totius Sacri Ordinis privatione mulctentur, itaut viatici etiam eis (nisi tantum in ultimis) commonio denegetur, & si non resipuerint, cum Dathan, & Abyron (quos terra vivos absorbuit) accipiant portionem. Præterea si a paucioribus, quam a duabus partibus aliquis electus fuerit, ad Apostolatus Officium, nisi major concordia intercesserit, nullatenus adsumatur, & prædictæ pœnæ subjaceat si humiliter noluerit abstinere.

Ex hoc tamen nullum Canonicis Constitutionibus, & aliis Ecclesiis præjudicium generetur, in quibus majoris, & sanioris partis debet scientia prævalere, quia quod in eis dubium venerit, superioris poterit judicio definiri. In Romana vero Ecclesia speciale aliquid constituitur, quia non potest ad Superiorem recursus haberi.

GREGORIUS X,

In Concilio Lugdunen.

SUMMARIUM.

Ponitur causa Constitutionis, & juris veteris conservatio;

Edit Anno salut 1272, & refertur in cap. Ubi per culum de Elect. in 6.

UBI periculum majus intenditur, ibi proculdubio est plenius consulendum. Quam gravibus autem sit onusta dispendiis, quot, & quantis sit plena periculis Ecclesiæ Romanæ prolixa vacatio, exacta consideratio temporis edocet, & considerata prudenter illius temporis discrimina manifestant. Hinc nos evidens evocat ratio, ut (dum reformandis etiam minoribus nostra solerter vacet intentio) ea, quæ periculosiora sunt, nequaquam absque remedio reformationis accommode relinquamus. Ideoque omnia, quæ pro evitanda discordia in electione Romani Pontificis, a nostris sunt prædeceſſoribus, & præcipue a fel. record. Alexandro Papa III salubriter instituta, omnino immota in sua firmitate manere censentes, nihil enim illis detrahere intendimus, sed quod experientia deeſſe probavit, præsenti Constitutione supplere,

Ponitur quomodo debeat fieri Romani Pontificis Electio quando moritur in Civitate, in qua cum sua Curia residebat.

§. Hoc Sacro Concilio approbante statuimus, ut si eumdem Pontificem (in Civitate, in qua cum sua Curia residebat) diem claudere contingat extremum, Cardinales, qui fuerint in ipsa Civitate præsentes, absentes expectare decem diebus tantummodo teneantur, quibus elapsis (sive absentes venerint, sive non) ex tunc omnes conveniant in Palatio, in quo idem Pontifex habitabat, contenti singuli singulis tantummodo servientibus Clericis, vel Laicis, prout duxerint eligendum, illis tamen, quibus patens necessitas id suggerit indulgeri, duos habere permittimus, eisdem electionis arbitrio reservato. In eodem autem Palatio unum Conclave, nullo intermedio pariete, seu alio velamine, omnes inhabitent in communi, quod, reservato libero ad secretam cameram aditu, ita claudatur undique, ut nullus illud intrare va-

valeat, vel exire. Nulli ad eosdem Cardinales aditus pateat, vel facultas secrete loquendi cum eis, nec ipsi aliquos ad se venientes admittant, nisi eos, qui de voluntate omnium Cardinalium inibi præsentium, pro iis tantum, quæ ad electionis negocium pertinent vocarentur. Nulli etiam fas sit ipsis Cardinalibus, vel eorum alicui, nuncium mittere, vel scripturam. Qui vero contra fecerit, scripturam mittendo, vel nuntium, aut cum aliquo ipsorum secrete loquendo, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. In Conclavi tamen prædicto aliqua fenestra competens dimittatur, per quam eisdem Cardinalibus ad victum commode necessaria ministrentur, sed per eam nulli ad ipsos patere possit ingressus, verum si, quod absit, intra tres dies postquam, ut prædicitur, Conclave præfatum iidem Cardinales intraverint, non fuerit ipsi Ecclesiæ de Pastore provisum, per spatium quinque dierum immediate sequentium, singulis diebus tam in prandio, quam in cœna uno solo ferculo sint contenti: quibus (provisione non facta) decursis, ex tunc tantummodo panis, vinum, & aqua ministrentur eisdem, donec eadem provisio subsequatur. Provisionis quoque hujusmodi pendente negocio, dicti Cardinales nihil de Camera Papæ recipiant, nec de aliis eidem Ecclesiæ tempore vacationis obvenientibus undecunque, sed ea omnia ipsa vacatione durante, sub ejus (cujus fidei, & diligentiæ Camera eadem est commissa) custodia maneant, per eum dispositioni futuri Pontificis reservanda. Qui autem aliquid receperint, teneantur ex tunc a receptione quorumlibet reddituum ad eos spectantium abstinere, donec a receptis taliter plenariam satisfactionem impendant. Iidem quoque Cardinales accelerandæ provisioni sic vacent attentius, quod se nequaquam de alio negocio intromittant, nisi forsan necessitas adeo urgens incideret, quod eos oporteret de terra ipsius Ecclesiæ defendenda, vel ejus parte aliqua providere, vel nisi aliquod tam grande, & tam evidens periculum immineret, quod omnibus, & singulis Cardinalibus præsentibus concorditer videretur illi celeriter occurrendum. Sane, si aliquis ex prædictis Cardinalibus Conclave prædictum, (ut supra exprimitur) non intraverit, aut intrans, absque manifesta causa infirmitatis exierit, ipso minimè requisito, nec in ejusdem electionis negocio ulterius admittendo, per alios ad eligendum Summum Pontificem liberè procedatur. Si vero infirmitate superveniente, idem Conclave ex eis aliquem exire contingat,

ipsa etiam infirmitate durante, poterit ejus suffragio non requisito, ad electionem procedi, sed si ad alios (post sanitatem sibi redditam) seu ante, redire voluerit, vel etiam si alii absentes, quos per decem dies diximus expectandos, supervenerint, re integra, videlicet, antequam eidem Ecclesiæ sit de Pastore provisum in eodem negocio, in illo ſtatu, in quo ipsum invenerit, admittantur, præmissa tam de clausura, quam de servientibus, cibo, ac potu, & reliquis cum aliis servaturi.

Quid juris, quando moritur Romanus Pontifex extra Civitatem, in qua erat Curia.

§. Porro, si quando Romanum Pontificem extra Civitatem prædictam (in qua erat cum sua Curia residens) contigerit ab hac luce migrare, teneantur Cardinales in Civitate, in cujus Territorio, sive districtu idem Pontifex obiit, convenire, nisi sit forsitan interdicta, vel contra Ecclesiam Romanam in aperta rebellione persistat, quo casu in alia viciniori conveniant, quæ similiter nec interdicto subjaceat, nec sit (ut prædicitur) aperte rebellis. In hac etiam Civitate tam quoad expectationem absentium, quam quoad habitationem communem, clausuram, & cætera omnia in domo Episcopali, vel alia qualibet ab eisdem Cardinalibus deputanda, eadem observentur, quæ superius obeunte dicto Pontifice in ea, in qua cum sua Curia residebat, sunt expressa.

Dat executores huic juri cum pœnis.

§ Præterea (quia parum est jura condere, nisi sit qui eadem tueatur) adjiciendo sancimus, ut Domini, aliique Rectores, & Officiales Civitatis illius, in qua Romani Pontificis electio fuerit celebranda, auctoritate nostra, & ejusdem approbatione Concilii, potestate sibi tradita, præmissa omnia, & singula plene, ac inviolabiliter sine fraude, ac dolo aliquo, faciant observari, nec Cardinales ultra, quam præmittitur, arctare præsumant. Super his autem taliter observandis statim, audito Summi Pontificis obitu, coram Clero, & populo universo Civitatis ipsius ad hoc specialiter convocandis, præstent corporaliter juramentum. Quod si præmissa diligenter non observaverint, aut fraudem in eis,

vel

vel circa ea commiserint, cujuscumque sint præeminentiæ, conditionis, aut status, omni cessante privilegio, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant, & perpetuo sint infames, nec unquam eis portæ dignitatis pateant, nec ad aliquod publicum officium admittantur. Ipsos insuper feudis, & bonis cæteris, quæ ab eadem Romana Ecclesia, vel quibuslibet aliis Ecclesiis obtinent, ipso facto decernimus esse privatos; ita quod ad Ecclesias ipsas plene, ac libere revertantur, administratorum earumdem Ecclesiarum arbitrio sine contradictione aliqua disponenda; Civitas vero prædicta, non solum sit interdicto supposita, sed & Pontificali dignitate privata.

Obtestatur Cardinales, ut in Electione Romani Pontificis deponant omnem privatum affectum, & cassat omnia pacta, obligationes, & juramenta, quæ data, vel facta essent de aliquo eligendo.

§. Cæterum quia cum arbitrium, vel inordinatus captivat affectus, vel ad certum aliquod obligationis cujusque necessitas adigit, cessat electio, dum libertas adimitur eligendi, Cardinales eosdem obsecrantes per viscera misericordiæ Dei nostri, per aspersionem sui pretiosi Sanguinis obtestamur, ut pensantes attentius quid eis immineat cum agitur de creatione Vicarii JESU CHRISTI, successoris Petri, Rectoris universalis Ecclesiæ, gregis Dominici directoris, omni privatæ affectionis inordinatione deposita, & cujuslibet pactionis, conventionis, obligationis necessitate, nec non condicti, & intendimenti contemplatione cessantibus, non in se reciprocent considerationis intuitum, vel in suos; non quæ sua sunt, quærant, non commodis privatis intendant, sed nullo arctante ipsorum in eligendo judicium, nisi Deo, puris, & liberis mentibus nuda electionis conscientia utilitatem publicam libera prosequantur; omni conatu, & sollicitudine, prout possibilitas patitur, id acturi tantummodo, ut eorum ministerio acceleretur utilis, & pernecessaria totius mundi provisio, ideo celeriter eidem Ecclesiæ Sponso dato. Qui autem secus egerint, divinæ subjaceant ultioni, eorum culpa (nisi gravi propter hoc peracta pœnitentia) nullatenus abolenda. Et nos nihilominus pactiones, conventiones, obligationes, condicta, & intendimenta omnia, sive juramentum, sive cujuslibet alterius fuerint vinculo firmitatis innixa,

Google

xa, cassamus, irritamus, & viribus decernimus omnino carere, ita quod nullus ad illa observanda quomodolibet sit adstrictus, nec quisquam ex eorum transgressione notam vereatur fidei non servatæ, sed non indignæ laudis titulum potius mereatur, cum lex etiam humana testetur, Deo magis transgressiones hujusmodi, quam jusjurandi observationes acceptas.

Monet omnes Fideles, ut statim audita Summi Pontificis morte, ejus celebrent exequias, & quotidie orent pro vigili, concordi, & utili provisione Romanæ Ecclesiæ. Prælati autem in suis prædicationibus ipsos subditos ad hoc hortentur & eis frequentiam orationum, & observantiam jejuniorum indicent.

§. Quia vero fidelibus non est tam de sollicita quantumcumque intentione fidendum, quam de instantia orationis humilis, & devotæ sperandum, huic adjicimus sanctioni, ut in omnibus Civitatibus, cæterisque locis insignibus, ubi primum de memorati Pontificis obitu certitudo claruerit, a Clero, & Populo, solemnibus pro eo exequiis celebratis, singulis diebus (donec de ipsius Ecclesiæ provisione indubitanter rumor pertulerit veritatem) humiles preces fundantur ad Dominum, apud eum devotis orationibus insistatur, ut ipse, qui concordiam facit in sublimibus suis, sic efficiat eorundem Cardinalium corda in eligendo concordia, quod provisio celer, concors, & utilis (prout animarum salus exigit, & totius Orbis requirit utilitas) ex ipsorum unanimitate sequatur. Et ne tam salubre præsentis sanctionis edictum, ignorantiæ negligi prætextu contingat, districte præcipimus, ut Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & alii Ecclesiarum Prælati, cæterique quibus concessum est proponere verbum Dei, Clerum, & Populum, propter hoc specialiter frequentius congregandos, in suis sermonibus ad supplicum precum suffragia pro celeri, & felici exitu tanti negotii frequentanda solerter hortentur, & ipsis eadem auctoritate non solum orationum frequentiam, sed observantiam (prout circumstantiæ pensandæ suaserint) jejuniorum indicant.

CLE-

C L E M E N S V.

In Concilio Viennensi.

S U M M A R I U M.

Cœtus Cardinalium sede vacante jurisdictionem Papalem non exercet, nisi in quantum permittit Concilium Lugdunense, nec illud, vel ejus partem alterare potest.

NE Romani electioni Pontificis indeterminata opinionum diversitas aliquod possit obstaculum, vel dilationem afferre, Nos inter cætera præcipue attendentes, quod lex superioris per inferiorem tolli non potest, opinionem astruere (sicut accepimus) satagentem, quod Constitutio fel. record. Gregorii Papæ X Prædecessoris nostri, circa electionem præfatam edita in Concil. Lugdunen. per cœtum Card. Romanæ Ecclesiæ (ipsa vacante) modificari possit, corrigi, vel immutari, aut quicquam ei detrahi, sive addi, vel dispensari quomodolibet circa ipsam, seu aliquam ejus partem, aut eidem etiam renunciari per eum tamquam veritati non consonam, de Fratrum nostrorum consilio reprobamus, irritum nihilominus, & inane decernentes, quicquid potestatis, aut jurisdictionis ad Romanum, dum vivit, Pontificem pertinentis (nisi quatenus in Constitutione prædicta permittitur) cœtus ipse duxerit (eadem vacante Ecclesia) exercendum. Edita Anno salut. 1310, & refertur inter Clementinas, Ne Romani de Electionibus.

Officium Camerarii, vel Pœnitentiariorum Papæ duret eo mortuo: quod si deficiant, poterit cœtus Cardinalium pro tempore vacationis alios subrogare.

§. Eo tamen proviso, quod si ejusdem Ecclesiæ Camerarium, aut Majorem, vel aliquos alios ex Pœnitentiariis (quorum officium per obitum ejusdem Pontificis nolumus expirare) per mortem, vel alias deficere quovis modo contingat, valeat idem cœtus ad tempus vacationis hujusmodi pro numero deficientium, vel ampliori etiam, quantum ad Pœnitentiarios (si hoc eidem cœtui concorditer expedire videbitur) alios subrogare,

De-

542

Determinans Diœcesim intelligi id, quod in Concilio dicitur de Territorio, & Districtu, statuit moriente PAPA *extra Curiam], ipsius electionem fieri debere in loco, ubi erat causarum, & literarum audientia, licet suspensa, nisi prius ordinatum esset de Curia transferenda.*

§. Sane, cum juxta Constitutionem prædictam, PAPA extra Civitatem, in qua cum sua erat Curia, moriente, in Civitate, in cujus Districtu, seu Territorio moritur, sit regulariter successoris electio celebranda, Districtus, seu Territorii nomine, Diœcesim hoc casu intelligendam fore censemus. Eo autem adjecto, quod si in certo loco causarum, & literarum Apostolicarum audientia remanente, Papa alibi mori contingat, non ibi, sed ubi prædicta fuerit audientia, memorata electio celebretur, etiamsi eadem audientia tempore mortis hujus vacare noscatur, nisi forte ante mortem eamdem ordinatum esset per Papam de Curia transferenda, quo casu servetur provisio Constitutionis prædictæ.

Providet casui, quo contingeret Cardinales omnes exire Conclave.

§. Porro si Romano non electo Pontifice, Cardinales omnes, simul, vel successive (quod absit) extra contingeret Conclave deputatum eisdem: hi (ad quos pertinet executio Constitutionis prædictæ) illos ex ipsis, quibus infirmitas corporis, aut nota debilitas excusationem non dabit, idem Conclave (quam citò poterunt) reintrare compellant: Pœnas in dicta Constitutione contentas (nisi hoc fecerint) incursuri. Cardinales autem hujusmodi Conclave reintrantes, ad electionem jam dictam procedant, & aliàs Constitutionem præfatam observent, secundum statum, in quo erant in eodem Conclavi, quando ipsum, ut præmittitur, exiverunt.

Statuit Cardinales per exceptionem excommunicationis, suspensionis vel interdicti, ab electione non repelli.

§. Cæterum, ut circa electionem prædictam eo magis vitentur dissensiones, & schismata, quo minor eligentibus aderit dissidendi facultas, decernimus, ut nullus Cardinalium cujuslibet excomunicationis, suspensionis, aut interdicti prætextu,

textu,

Google

textu, a dicta valeat electione repelli: juribus aliis circa electionem eandem hactenus editis, plene in suo robore duraturis.

Electos, & alios (qui mittere, vel ire tenentur ad Curiam) adstringi ad id, Sede vacante.

§. Verum, quia tam ex provisis remediis, quam ex orationibus ad Deum super hujusmodi negotio effundendis, quod breviter hujusmodi celebretur electio, præsumendum est probabiliter, & sperandum; Statuimus, ut electi, & alii (qui ex quacunque causa ad Sedem Apostolicam venire, vel mittere sunt adstricti), ad ipsam cum vacat, ac si non vacaret, venire, vel mittere teneantur.

B U L L A

CLEMENTIS PAPÆ VI.

SUMMARIUM.

Refertur dispositio decretalis Gregorii X in Concil. Lugdunensi de Electione Romani Pontificis, circa locum, servos Cardinalium, Conclave, & cibos.

LICET in Constitutione a fel. record. Gregorio Papa X Edita Anno
prædecessore nostro super electione Romani Pontificis edita salut.
in Concilio Lugdunensi inter cætera caveatur expresse, quod 1351.
si eundem Pontificem in Civitate, in qua cum sua Curia residebat, diem claudere contingat extremum, Cardinales in Palatio, in quo idem Pontifex habitabat, omnes conveniant, & in eo singuli, singulis tantummodo (nisi illi, quibus ex patenti necessitate duo permittuntur habere) contenti servientibus Clericis, vel Laicis, prout elegerint, unum conclave nullo intermedio pariete, vel alio velamine inhabitent in communi. Et quod diebus certis non facta provisione de Pastore decursis, panis, vinum, & aqua tantum eisdem Cardinalibus, donec subsequretur provisio, ministretur.

Car-

Cardinales in Conclavi possunt habere duos Servos Clericos, vel Laicos.

§. Quia tamen sicut frequenti multorum assertione, & in Cardinalatu constitutorum percepimus, nonnulli ex Cardinalibus in observatione Constitutionis ipsius gravari alias nimium extiterunt, multi quoque ex ipsis duos in dicto Conclavi habuerint servientes, non absque scrupulo conscientiæ, propter ambiguitatem dictorum verborum, videlicet, quibus ex patenti necessitate duo permittuntur haberi, in dicta Constitutione, ut præmittitur contentorum, Nos providere super his cupientes, ex his, & certis aliis causis rationabilibus, quæ nostrum ad id animum induxerunt, rigorem Constitutionis ipsius, & etiam ad Fratrum nostrorum supplicationem, in his providimus temperandum, auctoritate Apostolica statuentes, quod Cardinales postquam Conclave hujusmodi, seu clausuram pro dicta electione celebranda intraverint, singuli duos servientes tantum Clericos, vel Laicos, possint habere, prout duxerint eligendos.

Cardinales in Conclavi in prandio, & in cœna unum ferculum tantum possunt habere cum aliis, quæ ad condimentum, vel saporem pertinent, & nullus Cardinalis potest vesci de alterius ferculo.

§. Ac etiam singulis, præter panem, vinum, & aquam in prandio, & in cœna, unum dumtaxat ferculum, seu missum carnium unius speciei tantummodo, aut piscium, seu ovorum, cum uno potagio de carnibus, vel piscibus principaliter non confectis, & decentibus salsamentis habere valeant, ultra carnes salitas, & herbas crudas, ac caseum, fructus, sive electuaria; ex quibus tamen nullum specialiter ferculum conficiatur, nisi ad condimentum fieret, vel saporem. Nullus vero eorum de alterius ferculo vesci possit.

Cardinales in Conclavi possunt habere velamina simplicium cortinarum, ut honestius possint quiescere in suis lectis.

§. Libeat etiam eis ex decentia honestatis habere in clausura hujusmodi, cum in lectis quiescendi causa, vel dormien-

miendi esse voluerint, dumtaxat intermedia, seu velaminis simplicium tantummodo cortinarum.

Derogatur Constitutionibus contrariis.

§. Prædictis & fel. mem. Clementis Papæ V prædecessoris nostri, & aliis Constitutionibus Apostolicis contrariis, quibus per hoc in aliis derogare nolumus, non obstantibus quibuscumque.

Nulli ergo &c. Dat. Avenione octavo idus Decembris Pontificatus nostri Anno Decimo.

B U L L A

J U L I I P A P Æ II.

SUMMARIUM.

Electio PAPÆ *per simoniam est nulla, & sic electus quamvis in concordia Cardinalium, & horum nemine discrepante, est Apostaticus, & ut simoniacus, & Hæresiarcha habetur, & est privatus omnibus officiis, beneficiis cujuscumque generis, atque etiam priori Cardinalatus honore, & perpetuo ad omnia prædicta inhabilis efficitur, & contra ipsum a quacumque Cardinali potest opponi de simoniaca labe, & sicut de vera, & indubitata hæresi.*

CUM tam divino, quam humano jure, in spiritualibus præcipue, detestabiliter sit simoniæ labes prohibita, & longe magis in electione Romani Pontificis Vicarii JESU CHRISTI D. N. abominabilis sit, & universali Ecclesiæ perniciosa; Nos, qui regimini ejusdem universalis Ecclesiæ meritis imparibus annuente Domino præsidemus, cupientes, quantum cum Deo possumus in præmissis pro tantæ rei necessitate, ac periculi magnitudine, ut tenemur, imposterum salubriter providere, de Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, & unanimi consensu, ac nostræ perpetuo valitura Constitutione, Apostolica auctoritate, & de potesta- Edita Anno salut. 1503.

tis

tis nostræ plenitudine, statuimus, ordinamus, decernimus, & definimus, quod si, quod Deus pro sua clementia, & ineffabili bonitate averiat, contigerit, postquam Nos, vel Successores nostros successive, ipse Deus ab hujusmodi universalis Ecclesiæ regimine absolverit, humani generis inimico procurante, & ambitione, vel cupiditate ad hoc inclinante, seu impellente, electionem Romani Pontificis ab eo, quem eligi contigerit, vel ab aliquo, seu aliquibus de cætu Cardinalium quomodolibet votum dantibus, per simoniacam hæresim in dando, promittendo, vel recipiendo pecunias, bona cujusque generis, castra, officia, vel beneficia, seu promissiones, & obligationes, commissam, per se, vel alium, seu alios quomodocunque, & qualitercunque etiam in duarum partium, vel omnium Cardinalium unanimi concordia, quomodolibet etiam per viam assumptionis, unanimiter nemine discrepante, etiam sine scrutinio facta, celebrari, vel fieri, non solum hujusmodi electio, vel assumptio, eo ipso nulla existat, & nullam eidem sic electo, vel assumpto, administrandi in spiritualibus, & temporalibus facultatem tribuat, sed etiam contra dictum sic electum, vel assumptum, de simoniaca labe, a quocumque Cardinali, qui eidem electioni intervenit, opponi, & excipi possit sicut de vera, & indubitata hæresi, ita quod a nullo pro Romano Pontifice habeatur, quinimo ipse sic electus, a priori suo Cardinalatus, & alio quocunque honore, Ecclesiis Cathedralibus etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, Monasteriis, dignitatibus, & aliis quibuscunque beneficiis, & pensionibus, quæ tunc obtinebat in titulum, vel in commendam, aut alias quomodocumque eo ipso, absque alia declaratione, privatus existat, & idem electus non Apostolicus, sed Apostaticus, & tanquam simoniacus, & hæresiarcha, & ad prædicta omnia, & singula perpetuo inhabilis habeatur.

Electio PAPÆ *per simoniam, non convalidatur per inthronizationem, temporis cursum, adorationem, aut obedientiam Cardinalium.*

§. Nec hujusmodi simoniaca electio per subsequentem ipsius inthronizationem, seu temporis cursum, aut etiam omnium Cardinalium adorationem, seu obedientiam, ullo unquam tempore convalescat.

Li-

Google

Licet omnibus Cardinalibus, Clero, Populo Romano, & omnibus Officialibus ab obedientia PAPÆ *electi per simoniam impune discedere.*

§. Liceatque omnibus & singulis Cardinalibus etiam illis, qui huic simoniacæ electioni, seu assumptioni consenserint, etiam post inthronizationem, & adorationem, seu obedientiam, ac etiam universo Clero, & Populo Romano, nec non subditis, & S. Angeli de Urbe, ac quarumvis aliarum Romanæ Ecclesiæ arcium Præfectis, Castellanis, Capitaneis, & aliis Officialibus quocumque homagio, seu juramento, vel cautione præstitis non obstantibus, a talis electi, etiam inthronizati, obedientia, & devotione, impune, & quandocunque discedere, (ipsis Fidei Romanæ Ecclesiæ, & obedientiæ futuri Romani Pontificis canonice intrantis nihilominus astrictis permanentibus) & eum, ut magum, ethnicum, publicanum, & hæresiarcham evitare.

Cardinales possunt contra electum PAPAM *per simoniam implorare auxilium brachii sæcularis si se ingesserit in administratione, nec ob id schismatici fiunt.*

§. Ad cujus quoque confusionem possint Cardinales, qui præfatæ electioni se opponere voluerint, si præsumpserit se regimini universalis Ecclesiæ, prætextu talis electionis ingerere, auxilium brachii sæcularis contra eum implorare. Nec tales ab ejus obedientia abscedentes, tanquam tunicæ Domini scissores, aliquarum propter dictum discessum pœnarum, seu censurarum ultioni subjaceant.

Imponitur pœna privationis beneficiorum, & dignitatum quarumcumque etiam Cardinalatus, Cardinalibus eligentibus PAPAM *per simoniam.*

§. Cardinales vero, qui eum sic simoniace elegerint, suis ordinibus, & etiam Cardinalatus titulis, & honore, ac quibuscumque Patriarchalibus, Archiepiscopalibus, Episcopalibus, & aliis Prælaturis, ac dignitatibus, & beneficiis, quæ in titulum vel commendam tunc obtinebant, vel in quibus, seu ad quæ jus tunc habebant, absque alia declaratione privati existant, nisi ab illo penitus, & cum effectu

discesserint, & reliquis Cardinalibus, qui hujusmodi simoniæ non consenserint, infra terminum octo dierum, postquam ſuerint ab eis requisiti, personaliter ſi fieri poterit, alias per edictum publicum, ſe abſque fictione, vel fraude univerint, & conjunxerint. Et tunc si præfatis aliis Cardinalibus se univerint, & conjunxerint, in pristinum statum, & ad pristinos honores, & dignitates etiam Cardinalatus, ac Ecclesias, & beneficia, quibus præerant, & quæ obtinebant, reintegrati, rehabilitati, ac restituti, & repositi, ab hujusmodi simoniæ labe, & censuris, ac pœnis Ecclesiasticis quibuscumque absoluti eo ipso existant.

Imponuntur pœnæ contra mediatores electionis PAPÆ *per simoniam.*

§. **Mediatores vero, proxenetæ**, trapezitæ, tam Clerici, quam Laici cujuscumque dignitatis, qualitatis, & ordinis fuerint, etiam Patriarchali, Archiepiscopali, sive Episcopali, vel alia sæculari, mundana, sive ecclesiastica dignitate præditi, etiam quorumcumque Regum, & Principum Oratores, vel Nuncii, hujus simoniacæ electionis participes, sint omnibus suis Ecclesiis, beneficiis, prælaturis, & feudis, ac aliis quibuscumque honoribus, & bonis eo ipso privati, & ad similia inhabiles, ac etiam active, & passive intestabiles, & horum bona ipso facto, ad instar reorum criminum læsæ Majestatis, Fisco Apostolicæ Sedis applicentur, & devolvantur, si prædicti delinquentes Ecclesiastici fuerint, vel alias Romanæ Ecclesiæ subditi. Bona vero, & feuda taliter delinquentium, non subditorum sæcularium, in partibus existentia, Fisco sæcularis Principis, in cujus territorio bona sua fuerint, ipso facto similiter applicentur. Ita tamen quod si infra tres menses, a die, quo notum fuerit, illos simoniam commisisse, vel participasse, Principes dicta bona Fisco suo actualiter non applicaverint, ex tunc illa Fisco Ecclesiæ Romanæ applicata censeantur, & sint eo ipso, absque aliqua similiter declaratione.

Annullantur omnes obligationes simoniacæ, intervenientes in electione Romani Pontificis.

§. Promissiones quoque, & obligationes, sive sponsiones propterea quandocunque, etiam ante tempus dictæ electionis,

nis,

ftis, etiam extra personas Cardinalium per quoscunque alios quomodocunque factæ, cum quavis inexcogitabili solemnitate, & forma, etiam juratæ conditionales, sive eventuales, & in forma excommissarum ex quacunque causa etiam depositi, mutui, cambii, confessionis de receptis, donationis, arrendamenti, vel venditionis, permutationis, vel alterius cujuscumque contractus, etiam in ampliori forma Cameræ Apostolicæ factæ, sint nullæ, & invalidæ, & ad exigendum inefficaces, nullusque illarum vigore cogi, vel constringi possit in judicio, vel extra, liceatque omnibus ab illis impune absque aliquo metu, sive perjurii nota, recedere.

Cardinales non complices in electione PAPÆ *simoniaca alium possunt eligere, & Concilium convocare.*

§. Et insuper liceat Cardinalibus, qui electioni prædictæ simoniacæ interfuerint, & a præfato sic electo discesserint, adhibitis secum aliis Cardinalibus, qui hujusmodi simoniacæ electioni consenserunt, & postea eisdem Cardinalibus in dicta simonia non complicibus se univerint, si se cum eisdem unire voluerint, alioquin sine eis ad alterius nihilominus Pontificis Electionem, non expectata alia sententia declarationis simoniacæ electionis hujusmodi, eadem tamen præsente, nostra Constitutione semper in suo robore permanente, libere, alias tamen canonice, devenire, & Concilium etiam generale indicere, & convocare in loco idoneo, prout eis videbitur expedire.

Derogatur Constitutionibus contrariis.

§. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & præcipue fel. rec. Alexandri Papæ III, quæ incipit: *Licet de vitanda discordia*, & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, etiam in Conciliis generalibus editis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Excommunicantur Card. si contrafecerint huic Constitutioni, additur decretum irritans, & aliæ solitæ clausulæ, & Constitutio jubetur publicari.

§. Inhibentes postremo omnibus, & singulis S. R. E. Cardinalibus, qui pro tempore erunt, & eorum Sacro Collegio, ne Apostolica Sede vacante, prædictis contravenire, vel contra præmissa, vel aliquod præmissorum statuere, disponere, & ordinare, vel aliquo modo facere, seu attentare præsumant quocunque exquisito colore, vel causa, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam ipso facto incurrant, & a qua nonnisi per Romanum Pontificem canonice electum absolvi possint, nisi in mortis articulo.

Decernentes ex nunc irritum, & inane, si secus super his, vel aliquo præmissorum a quoquam scienter, vel ignoranter, etiam per Nos contigerit attentari.

Ut autem præsentis Constitutionis, decreti, statuti, ordinationis, ac inhibitionis nostræ hujusmodi tenor ad omnium notitiam deducatur, volumus præsentes litteras nostras in valvis Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ, ac acie Campi Floræ affigi, nec aliam earumdem literarum publicationis solemnitatem requiri, aut expectari debere, sed hujusmodi affixionem pro solemni publicatione, & perpetuo robore sufficere.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Constitutionis, ordinationis, statuti, decreti, definitionis, applicationis, approbationis, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contrarie: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinto 19 Kal. Febr. Pontificatus Nostri anno secundo.

BUL.

BULLA
PAULI PAPÆ IV.

SUMMARIUM.

Deteſtatur crimen ambitus, rationibus, & auctoritatibus divini & humani juris.

CUM ſecundum Apoſtolum nemo debeat ſibi honorem aſſumere, ſed qui tamquam Aaron vocatur a Deo, facilè ab omnibus judicari poteſt, quàm graviter excedant, errent, & peccent, qui tam inferiores, quàm ſuperiores dignitates Eccleſiaſticas, & ipſam denique Beati Petri Sedem, ac Apoſtolicæ dignitatis culmen, & apicem, a Deo Optimo Maximo, a quo omnia bona procedunt, nulla prorſus humana ope, nec cujuſvis auxilio, conſilio, vel favore interveniente, provenire non arbitrantur, ſed illas tanquam venales, aut alias in diſpoſitiones mortalium conſtitutas, diverſis modis, & mediis ambire, & aſſequi, ſeu potius uſurpare præſumunt. Nam ut Romanæ, & cujuslibet alterius, tam ante, quàm poſt Domini Dei, & Redemptoris Noſtri JESU CHRISTI in terris adventum, bene inſtitutæ Reipublicæ de ambitu, & contra ambitus reos ſanctiſſime promulgatas, & inviolabiliter obſervatas leges ad præſens omittamus, nonne hujuſmodi deteſtabile ambitus ſcelus etiam jure divino graviſſimè punitur, cum Abſalon, qui Regnum Genitoris ſui adhuc viventis ambiebat, ex mulo, cui inſederat elevatus, capillis capitis ſui quercui ſuſpenſus remanſit, & à Joab tribus lanceis in corde transfixus fuit? Nonne illud Sac. Conciliorum a Sancta Dei Eccleſia receptorum, & approbatorum auctoritas diverſimode deteſtatur, & punit, cum quemcumque Preſbyterum, aut Diaconum, ſeu Clericum, qui Papa incolumi, & eo inconſulto, ſubſcriptionem pro Romano Pontificatu accommodare, aut pyctatia promittere, ſeu Sacramentum præbere tentaverit, aut aliquod ſuffragium polliceri, vel de hac cauſa privatis conventiculis factis, aliquid deliberare, & decernere præſumpſerit, loci ſui dignitate, & communione privandum, anathematiſque

Edit. An. sal. 1558.

Alludit ad Conſtitutionem editam in Concilio Rom. ſub Symmaco PAPA, da qua ſupra.

pœna plectendum censeat, & propter occultas fraudes, & conjurationum hujusmodi secretas insidias, si quis harum actionum particeps, consilia eorum, qui de Pontificali agunt ambitu, ad notitiam Ecclesiæ deferat, & rationabili probatione convincat, eum non solum ab omni culpa purgatum remanere, verùm etiam remuneratione non indigna sublevari velit, & statuat, & exinde non modò Sacrorum Canonum, sed etiam sæcularium legum interpretes peritissimi, & probatissimi, ambientes Papatum, aut super eo, Papa vivente, & inconsulto, tractantes, seu conventicula facientes, crimen læsæ Majestatis in pr. cap., & simoniacæ hæreseos incurrere decreverint, non sine clara, & aperta ratione, cum omnis tractatus de loco, dignitate, & bono alicujus viventis, eo non consentiente, ab utroque jure prohibeatur, & reprobetur, præsertim cum inde præstetur votum captandæ mortis, quod Sacri Canones, & venerandæ leges passim abhorrent, & detestantur? Accedit quod cum inter Pontificem, & Ecclesiam contrahatur spirituale conjugium, quod fortius est carnali, gravissimæ pœnæ ex utriusque juris censura imponuntur iis, qui constante matrimonio de alio conjuge tractare præsumunt. Quare cum, peccatis exigentibus, plures in dies B. Petri Sedem Nobis viventibus, & inconsultis ambire, & conventicula superinde facere dignoscantur, & ad hoc suffragia S. R. E. Cardinalium obtinere, & quodammodo subharrare procurent, & satagant:

Confirmat, & innovat omnes Constitutiones, & Decreta Conciliorum contra ambientes PAPATUM *emanata.*

§. Nos cupientes hujusmodi detestabilia ambitus, & illi conjuncta simoniacæ hæreseos, & læsæ Majestatis crimina, non solum nostris, sed etiam successorum nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore existentium temporibus, perpetuo abolere, & non solum ex usu, sed etiam ex mentibus hominum, præsertim in electione Romani Pontificis, qui Domini Dei, & Salvatoris JESU CHRISTI in terris Vicarius existit, radicitus evellere, & in præmissis pro tantæ rei necessitate, & periculi magnitudine, ut tenemur, salubriter providere, habita super his cum Venerabilibus Fratribus nostris ipsius S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, de eorum consilio, & unanimi assensu, hac nostra

per-

perpetuo valitura Constitutione, Apostolica auctoritate, & de nostræ Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac privationis, & quasvis alias sententias, censuras, & pœnas dudum a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, aut Sac. Concil. seu Sanctorum Patrum nostrorum decretis, statutis, capitulis, canonibus, constitutionibus, & ordinationibus contra sic ambientes quomodolibet latas, & promulgatas approbamus, & innovamus, ac perpetuo observari, & in viridi observantia, si forsan in ea non sint, reponi, & esse debere.

Ponuntur pœnæ gravissimæ contra tractantes de Electione futuri Pontificis vivente PAPA, *& eo inconsulto.*

§. Nec non quoscunque in præmissis, tam nostro, quam successorum nostrorum prædictorum tempore, publice, vel occulte, aut alias quomodolibet delinquentes, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existant, etsi Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, aut alia majori Ecclesiastica dignitate, seu Cardinalatus honore, vel Mundana, etiam Ducali, Regali, Reginali, aut Imperiali auctoritate, sive excellentia præſulgeant, & eorum quemlibet sententias, censuras, & pœnas prædictas incurrere volumus, atque decernimus. Et nihilominus considerantes dignum esse, ut quos Dei timor a malo non revocat, ecclesiasticæ saltem coerceat severitas disciplinæ, de similibus consilio, & assensu, ac auctoritate, & plenitudine potestatis volumus, & declarando statuimus, & ordinamus, & decernimus, quod sententiis, censuris, & pœnis prædictis in suo robore, & efficacia remanentibus, ac effectum suum sortientibus, omnes, & singuli, tam clerici, quam utriusque sexus laici, qui per se, vel alios Nobis viventibus, & inconsultis, vel scriptis, aut nunciis, cum aliquo de ſuturo Pontifice eligendo hactenus tractarunt, vel tentarunt, seu imposterum Romano Pontifice vivente, & inconsulto tractabunt, vel tentabunt, etiamsi, ut præſertur qualificati, & dignitate, honore, & auctoritate, & excellentia prædictis prædîti existant, sint ipso jure, & facto, absque alia desuper ſerenda sententia, excommunicati excommunicatione majori, & maledictione æterna damnati, & ab excommunicatione, & maledictione hujusmodi per alium, quam

per Nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, præterquam in mortis articulo absolvi non possint, incurrerintque, & incurrant respective crimen simoniacæ hæreseos, & læsæ Majestatis in primo capite, ac privationem omnis etiam Episcopalis, Archiepiscopalis, & Patriarchalis, ac cujusvis alterius majoris, vel minoris dignitatis, ac Cardinalatus honoris, nec non Ducalis, Regalis, Reginalis, & Imperialis auctoritatis, & excellentiæ, ac omnium, & singularum Ecclesiarum, Cathedralium quoque, ac Prioratuum, aliorumque beneficiorum, & Officiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura sæcularium, ac quarumvis Ordinum regularium per eorum quemlibet obtentorum, nec non quorumvis fructuum, redituum, & proventuum Ecclesiasticorum, ac pensionum annuarum super similibus fructibus, reditibus, & proventibus reservatorum, & assignatorum, ac Regnorum, Dominorum, Feudorum, & bonorum spiritualium, & temporalium, vel mixtorum, etiam patrimonialium, & allodialium, nec non jurium patronatus, & jurisdictionum quarumcumque: careantque voce activa, & passiva, ac effecti sint, & efficiantur respective perpetuo inhabiles, & incapaces omnium dignitatum, honorum, bonorum, jurium, & legitimorum actuum, perpetuaque infamia ubique gentium sint notati, & notentur respective, nec infamia hujusmodi ab eis aboleri, neque ipsi ullo unquam tempore ad vocem, dignitates, honores, bona, jura, & actus hujusmodi, nisi ex speciali verbo, & mandato Nostro, seu Romani Pontificis pro tempore existentis, nostra, seu illius manu propria subscripto, ac specifica, & individua, reatus, & culpæ suæ qualitate expressa, restitui possint.

Easdem pœnas gravissimas extendit ad complices hujus delicti, nisi revelaverint hujusmodi delictum.

§. Quodque similes sententias, censuras, & pœnas respective incurrerint, & incurrant ipso jure, & facto, ac sine alicujus sententiæ prolatione, omnes, & singuli etiam, ut præmittitur, qualificati, & dignitatibus hujusmodi præditi, cujusvis sexus, & ordinis existant, qui per se, vel alium, seu alios a die nostræ ad summi Apostolatus apicem assumptionis, usque in hanc diem in præmissis, aut eorum aliquo quodvis auxilium, consilium, vel favorem, seu operam,

ram, verbis, vel scriptis, aut re, vel facto, seu promissione, pollicitatione, suasione, vel his omnibus insimul, aut quovis alio modo, directe, vel indirecte, principaliter, vel incidentaliter præstiterunt, seu in futurum quovis etiam successorum nostrorum Romanorum Pontificum tempore præstabunt, aut in præmissis mediatores, proxenetæ, nuncii, mandatarii, procuratores, seu trapezitæ fuerunt, vel imposterum, ut præfertur, erunt, seu alias in præmissis quovis modo intromiserunt, vel immiscuerunt, seu imposterum etiam tempore successorum hujusmodi habebunt, nisi ea nobis, aut successoribus nostris, quorum tempore id continget, vel alteri, cui id per nos, vel successores prædictos commissum fuerit, per se, vel alium, seu alios cum primum commode potuerint, revelaverint, etiamsi in præmissis aliquod aliud auxilium, consilium, vel favorem, aut operam non præstiterint.

Venia conceditur & præmium revelantibus hoc crimen.

§. Nos enim iis, qui præmissa revelaverint, etiamsi complices fuerint, non solum veniam, sed etiam gratiam, & præmia pollicemur, prout etiam successores nostros præfatos facturos esse confidimus, ad hoc ut eorum judicio participes tanti criminis valeant coerceri.

Impugnantes hanc Constitutionem ut illicitam, injustam, aut iniquam, variis puniuntur pœnis.

§. Et si quis ullo unquam etiam dictorum successorum nostrorum tempore, præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, injusta, illicita, vel iniqua existere, aut in toto, vel in parte non valere, seu aliquo tempore non validatura esse, vel a Nobis sic fieri non potuisse, aut non debuisse ausu temerario asserere præsumpserit, cujuscumque dignitatis extstat, etiamsi Cardinalatus honore, aut Regia, vel Imperiali præeminentia, & excellentia præfulgeat, ipso jure, & facto anathematis mucrone percussus sit, & contra eum tanquam vere schismaticum, & hæreticum inquiri, & tamqnam talis puniri, ejusque memoria damnari possit.

De-

Derogatur contrariis Constitutionibus, publicatio committitur cum solitis clausulis.

§. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non cujusvis Conclavis capitulis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis, quibusvis personis sub præsentibus comprehensis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem Apostolicam etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac simili potestatis plenitudine, aut consistorialiter, seu alias quomodolibet concessis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, & sufficienter derogatum esse decernimus cæterisque contrariis quibuscunque.

Ut autem præsentes literæ ad omnium, quorum interest notitiam deducantur, nec aliquis earum ignorantiam prætendere valeat, volumus eas in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, per aliquos ex Cursoribus nostris publicari, earumque copiam ibibi affixam dimitti, nec non publicationem, & dimissionem copiæ affixæ hujusmodi sufficere, & omnes, quos eædem literæ tangunt arctare perinde, ac si eis personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innovationis, declarationis, statuti, ordinationis, derogationis, decretorum, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc autem attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beato-

rum

rum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo, Pontificatus nostri anno quarto.

B U L L A

P I I P A P Æ I V.

S U M M A R I U M.

Quanta maturitate, ac diligentia fieri debeat Romani Pontificis electio.

IN eligendis Ecclesiarum Prælatis, quibus & humana, & divina ministeria committuntur, quantam adhiberi curam oporteat, testantur Patrum nostrorum sacratissimæ Constitutiones, quas illi magna severitate de Episcoporum, & aliorum Prælatorum qualitate ediderunt: propterea quod a bonis bona omnia, videlicet charitas, vigilantia, ecclesiastica disciplina, denique animarum eis commissarum salus proficeretur, a malis vero contra, nonnisi mala, nempe avaritia, negligentia, fastus, & animarum periculum possit expectari. Quod si in quibuslibet Ecclesiarum Pastoribus tantopere providendum est, ne quis assumatur indignus, majorem certe & perspicaciorem diligentiam in Rom. Pont. eligendo, qui cæteris Pastoribus est præfuturus, & totius Dominici gregis curam habiturus, oportet adhiberi. Edita Anno salut. 1562.

Recensentur Pontifices, qui Constitutiones ediderunt de Romani Pontificis electione.

§. Hac sancta meditatione permoti prædecessores nostri, & præsertim fel. rec. Alexander III, Gregorius X, Clemens IV, Clemens V, & Julius II nonnullas Constitutiones sanxerunt ad providendum, ut summorum Pontificum electiones libere, & recte & mature fierent. Sed quoniam res humanæ semper in deterius prolabuntur, nisi sit, qui eas assidue retineat, & conservet, verendumque sit, ne aliquan-

do

do propter earum Constitutionum transgressionem subortì abusus longius serpant, & progrediantur:

Cardinales absentes per decem dies expectantur, & interim fiunt exequiæ Pontificis mortui, quarum expensæ taxantur

§. Nos quantum cum Deo possumus futuris casibus, & periculis occurrere volentes, eorumdem prædecessorum nostrorum Constitutiones, tum innovando, tum declarando, & pro rerum, & temporum necessitate supplendo, de Fratrum nostrorum unanimi consilio, atque assensu definimus, statuimus, & declaramus, ut cum Pontificem de hac vita migrare contigerit, Cardinales præsentes, decem tantummodo diebus juxta dicti Gregorii prædecessoris Constitutionem in Concilio Lugdunen. editam, Cardinales absentes expectare teneantur, & interim solitas novem continuorum dierum exequias omnino peragant, nec ullo prætextu ulterius differant. Et ne quid impedimento esse possit, quominus exequiæ ipsæ nono die absolvantur, si quando per observantiam alicujus magni, & præcipui festi Cardinalibus videretur officium exequiarum intermitti debere, dies illi sic intermissi in numerum novem dierum nihilominus computari debeant, & impensa, quæ in eis pro exequiis facienda esset inter pauperes Christi distribuatur. Ac ut superfluis quoque sumptibus, qui jam in immensum excreverunt, modus imponatur, funus simplicius quam consueverit fiat, itaut illius ratione (præter regalia Populo Romano præstari solita) decem millium ducatorum summam pannis lugubribus, & regalibus, tam Camerarii, & Clericorum, ac aliorum Cameralium, quam aliorum quorumcumque Ministrorum, & Officialium, ac aliis omnibus omnino computatis, impensa non excedat. Summa autem decem millium hujusmodi, vel si Collegio visum fuerit etiam minor, ac nullo modo major, per tres Cardinales antiquiores, unum videlicet de quolibet ordine, & Camerarium proportionabiliter pro rata distributionis alias fieri solitæ, inter prædictos omnes, & singulos dividatur.

La-

Lapsis decem diebus post Missam de Spiritu Sancto Card. ingrediuntur Conclave, & ad negocium electionis procedunt, & singulis diebus fieri debet scrutinium, & licet etiam in primo scrutinio accedere.

§. Lapsis vero decem diebus a die obitus Pontificis, ingressus Conclavis nullatenus prorogetur, aut differatur; sed sequenti die Missa de Spiritu Sancto celebrata, sive Cardinales absentes venerint, sive non, qui fuerint præsentes statim Conclave ingredi teneantur, & ingredientes ipsi absque mora aliqua, omissa omnino capitulorum confectione primis diebus fieri solitorum, in electionis negocio procedant, & singulis diebus scrutinium fiat, & in primo scrutinio etiam accedere liceat.

Nolentes ingredi Conclave pœnam Gregorianæ Constitutionis incurrunt.

§. Si qui vero forte intrare noluerint, vel ingressi absque manifesta infirmitatis causa, juramento Medicorum, & a majori parte Cardinalium per secreta suffragia approbata, exiverint, dictæ Constitutionis Gregorii X pœnam incurrant.

Cardinales præsentes in Conclavi, & extra, lapsis decem diebus possunt eligere Pontificem.

§. Declarantes nihilominus, quod postquam Card. præsentes aliis Cardinalibus etiam de latere Legatis, aut ex alia quacumque etiam publica causa, etiam cum licentia Summi Pontificis absentibus, ulterius non expectatis, post tamen lapsum dictorum decem dierum a morte Pontificis, electionem sive intra, sive extra Conclave fecerint, electio sic facta ex itineris, aut alterius etiam probabilis, & notorii ipsorum Card. absentium impedimenti prætextu; impugnari minime valeat, cum publica utilitas ex matura electione proveniens, cuivis alteri rationi præferri debeat.

Potestas Sacri Collegii Sede vacante ponitur.

§. Sedis autem vacatione durante, Collegium Cardinalium in iis, quæ ad Pont. Max. dum viveret pertinebant, nullam

omni-

omnino potestatem, aut Jurisdictionem habeat, neque gratiam, neque justitiam faciendi, aut factam per Pontificem mortuum executioni demandandi; sed ea omnia futuro Pontifici reservare teneatur. Neque de statu temporali S. R. E., neque de pecuniis Cameræ Apostolicæ, aut Datarii, vel pro solutione debitorum ante obitum Pontificis quomodolibet contractorum, aut alias ex quavis causa (casibus infrascriptis dumtaxat exceptis) quicquam disponere, nec contra dictam Gregorii Constitutionem pro seipsis aliquid percipere, nec æs alienum ultra necessarios sumptus præsentibus comprehenſos contrahere debeat, neque Camerarius, Thesaurarius, Datarius, Depositarius, Castellanus Arcis S. Angeli, aut alii Officiales contra harum Constitutionum tenorem Collegio obedire teneantur, sive debeant: quinimo si eis talibus obtemperaverint, aut ipsi Cardinales, vel Officiales eorum officiis contra præmissa aliquid attentare præsumpserint, de suo proprio Cameræ Apostolicæ plenarie satisfacere, & pecunias erogatas restituere, ac quævis damna ad eligendi Pontificis arbitrium resarcire cogantur. Quod autem expendi possit, erit præfata decem millium ducatorum summa: illud item quod pro victu Familiæ Pontificiæ ante Conclavis ingressum, ac post ingressum, pro pauperum Officialium Palatii tantum per Camerarium, & Priores Ordinum describen. victu, ac etiam pro eleemosynis Sede vacante fieri consuetis, itemque pro defensione terrarum Eccl. vel partis earum, nec non pro regalibus Pop. Rom. & illius Magistratibus, ac Custodia Urbis, & Conclavis,[a] illiusque provisionibus opportunis necessarium erit. Quæ vero impensa pro defensione Terrarum, & Locorum Ecclesiæ, & securitate, ac provisionibus Conclavis facienda sit, Cardinales præsentes per secreta suffragia ordinare debeant, itaut majoris partis sententia obtineat id, quod observandum erit, etiam in Gubernatoribus Urbis, tam ultra Pontem, quam citra, & aliis Officialibus, etiam pro Status Ecclesiastici regimine ei opus fuerit eligendis. Si vero ultra prædicta aliquod grande periculum immineret, cui omnibus, & singulis Cardinalibus præſentibus juxta ordinationem Gregorii X, aut saltem duabus illorum tertiis partibus per secreta suffragia videretur celeriter occurrendum, tunc Collegium juxta majoris partis sententiam similiter per secreta suffragia de remedio opportuno, ac provide de necessaria impensa providere possit, & debeat.

Tres

Tres Cardinales antiquiores, unus ex quolibet ordine, & Camerarius occurrentes necessitates proponunt in Congregationibus, & curam habent clausuræ Conclavis.

§. Statuimus etiam quod tres Cardinales antiquiores, unus videlicet ex quolibet ordine, una cum Camerario post Pontificis obitum reliquos Cardinales congregandi, & occurrentes necessitates in Congregationibus Generalibus proponendi, & ut Conclave bene undique claudatur, curandi jus habeant.

Potestas trium Cardinalium, de qua in præcedenti §. expirat tertio die, & transit ad sequentes in ordine, singulis tribus diebus, manente semper potestate Camerarii.

§. Ipsorum autem officium tertia die post Conclavis ingressum, omnino expiret, eorumque loco, tres alii sequentes in ordine, quolibet tertio quoque die, cum eodem Camerario in eadem potestate succedant.

Ponitur potestas Camerarii, & ejus Officialium Sede vacante.

§. Camerarii quoque, & Majoris Pœnitentiarii officia, quæ etiam Sede vacante durante ita durare decernimus, & declaramus, ut non solum ea, quæ præsenti Constitutione prohibentur, & quæ Pontifice vivente exercere non consueverunt, seu a quibus pro ejusdem Pontificis reverentia, aut alias quomodolibet abstinebant, minime usurpent; sed Camerarius, ac Præsidentes, & Clerici, aliique Ministri, & Officiales Cam. Apost. exactioni pecuniarum eidem Cameræ debitarum, ac provisionibus ratione Sedis vacantis juxta præmissa necessario faciendis dumtaxat incumbere, & propterea a solutione debitorum ante Pontificis obitum contractorum, aut illorum declaratione, rationum solidatione, extractionibus frumentorum, remissionibus delictorum, assecurationibus delinquentium, & quibuscumque aliis expeditionibus, tam gratiam, quam justitiam, aut illarum executionem quomodolibet concernentibus omnino abstinere debeant.

Po-

Ponitur potestas Pœnitentiarii, & ejus Officialium.

§. Pœnitentiarius vero, & ejus Officiales ea tantum facere, & expedire valeant, quæ ad forum conscientiæ pertinent, in reliquis, officium eorum conquiescat, itaque a quibuscumque matrimonialibus, & aliis dispensationibus, ac absolutionibus, & declarationibus, nec non quibusvis aliis expeditionibus forum (quod ajunt) fori, mixtim, vel separatim quomodolibet respicientibus, omnino abstineant, alioquin in quibus tam Camerarius, quam Pœnitentiarius, & alii prædicti etiam de licentia, aut mandato totius Collegii contrafecerint, ea nulla, & irrita sint, ac nemini suffragentur. Et nihilominus eorum excessus, & inobedientiæ rationem Pontificis arbitrio quandocumque reddere teneantur. Literis etiam nostris super reformatione Cameræ, & Pœnitentiariæ hujusmodi editis in suo robore permansuris.

Datarii Officium expirat morte PAPÆ.

§. Datarii vero ministerium per ejusdem Pontificis obitum omnino expiret, itaut non solum datas per eum antea notatas extendendi potestatem minime habeat; sed quascumque supplicationes gratiarum, & justitiæ penes eum, aut ejus Ministros adhuc existentes, etiam si datæ fuerint Collegio Cardinalium, statim sub sigillo clausas præsentare teneatur futuro Pontifici reservandas. Quod si contra præmissa quisquam, ac cujusvis etiam Cardinalis instantiam attentare præsumpserit, irritum, & inane existat, & nihilominus falsi crimen incurrat, illius rationem futuro Pontifici redditurus.

Potestas Cardinalium, & Prælatorum Signaturæ Gratiæ, & Justitiæ conquiescit.

§. Prohibentes insuper, ne Card., & Prælati Signaturæ Gratiarum, & Justitiæ Præfecti, Sede vacante supplicationes, & commissiones aliquas, etiamsi supplicantes, parvas datas, ut moris est antea obtinuerint, signare valeant: sed officia eorum omnino cessare intelligantur. Quod si aliter fecerint, pro excessibus hujusmodi, futuri Pontificis arbitrio puniantur.

Cel-

Cellæ Conclavis sorte distribuantur.

§. Mandamus quoque quod Cellæ Conclavis, Card. sorte distribuantur, nec liceat eas etiam infirmitatis prætextu mutare, aut desuper ædificare, vel illas dilatare, sed quilibet, etiam Decanus, sit sua sorte contentus.

Apud Conclave habitare, vel morari prohibitum.

§. Post Conclavis vero ingressum interdicimus, & expresse prohibemus sub officiorum, & beneficiorum privationis pœna, atque etiam sub alia arbitrio Gubernatoris ad custodiam Conclavis deputari soliti infligenda, ne quis immediate supra, aut infra Conclave, sed a lateribus habitare, vel morari possit. Quæ loca muris claudi, a & Præsidentibus custodiæ Conclavis, ac a dicto Gubernatore sæpius visitari debeant. Et si qua fraus commissa fuerit, teneatur ipse Gubernatur sub perjurii pœna eo ipso incurrenda, & alia arbitrio futuri Pontificis infligenda, delinquentes hujusmodi Cardinalibus pro tempore deputatis revelare, curareque ut delinquentes ipsi carcerentur, & acriter puniantur.

Conclavis clausura a Card. deputatis visitari debet.

§. Teneantur quoque Card. pro tempore deputati Cellas Card. & alia Conclavis loca sæpius visitare, & diligenter perquirere, ne in ipsius Conclavis muris, aut laquearibus, seu pavimentis vetita foramina fiant. Et si quid tale deprehensum fuerit, auctores privationis officiorum, & beneficiorum, ac aliis etiam corporalibus, & severissimis pœnis, Gubernatoris, ac etiam futuri Pontificis arbitrio afficiantur, & consocii de præmissis eisdem pœnis teneantur, nisi statim, si intra Conclave fuerint, eisdem Card. deputatis, si vero extra Conclave, Gubernatori, & Prælatis præpositis revelaverint. Qui quidem Gubernator, & Prælati sub perjurii pœna in hoc invigilare, & opportune providere debeant.

Numerus servorum Cardinalium definitur,

§. Quilibet autem Card. in Conclavi duobus servientibus Clericis, vel Laicis contentus sit, infirmis autem, & graviter affectis a majori parte Collegii per secreta suffragia tertius ad summum indulgeri possit.

Conclavistæ a Cardinalibus approbandi.

§. Qui servientes familiares domestici, & continui commensales ipsius Cardin. ab anno ante fuisse, & tunc esse debeant, & non Mercatores, Ministri Principum, Domini temporales, & jurisdictionem habentes, neque fratres, aut nepotes Card. etiamsi expensis eorum viverent: & de qualitatibus Conclavistarum, Card. deputati ante Conclavis ingressum diligenter inquisitionem habere, & eos approbare, ac post ingressum denuo diligenter providere debeant.

Sacrista, Magistri Cæremoniarum, & alii Officiales Conclavis determinantur.

§. Sacrista quoque cum uno Clerico coadjutore in officio Sacristiæ, duo quoque Magistri Cæremoniarum Conclave ingrediantur, Missis celebrandis, & aliis, quæ ad ipsos pertinent vacaturi. Adsit præterea unus Religiosus, pro Confessionibus audiendis a majori parte Card. per secreta suffragia eligendus, unus Collegii Secretarius tantum, duo Medici, unus Chirurgus, unus Aromatarius cum uno, aut duobus servientibus, unus Faberlignarius, unus Cementarius, duo Barbitonsores cum uno aut duobus servientibus. Item octo, aut decem servientes publicæ utilitati, & commoditati omnium, veluti pro lignis portandis, pro verrendo Conclave, & similibus necessariis ministrandis, qui omnes a Collegio Card. non tamen ex familia alicujus Card. per fabas secretas eligantur, ita tamen ut is obtineat qui plura vota tulerit, & eis salaria de publico persolvantur. Quod si ultra præfatas personas in Conclavi aliquis inventus fuerit, expelli statim debeat. Et si quis uspiam se occultasse deprehendatur, ignominiose expellatur, & infamia notetur, & officiis atque beneficiis privetur: conscii vero sub eadem poena illos Collegio revelare teneantur, præmium reportaturi si indicaverint.

Cla-

Clauso Conclavi prohibentur colloquia cum iis qui sunt extra Conclave.

§. Clauso Conclavi nulli ad colloquium, etiam extra portam Conclavis, etiam Principum Oratores, nisi ex magna, & urgenti causa a majori parte Collegii approbanda, admittantur. Et si quis forte (quod absit) clam ipsum Conclave, & aliunde quam per ostium ingrediatur, omni honore, gradu, ac officio, & beneficio ipso facto privatus existat, & tradatur Curiæ sæculari acerrimis pœnis puniendus.

Litteræ, & signa clauso Conclavi similiter prohibentur.

§. Litteras vero, aut cujusvis generis scripta ad eos, qui in Conclavi erunt, seu nuncium, vel notam, aut signum mittere, seu recipere, aut contra, e Conclavi ad eos, qui foris erunt nullo modo liceat: qui contrafecerint, quacumque dignitate, etiamsi Cardinalatus honore præfulgeant, pœnæ excommunicationis latæ sententiæ subjaceant, absolvendi facultate, prætérquam in mortis articulo, soli Pont. Max. reservata, a quo nihilominus pro qualitate delicti, ultra dictam excommunicationis pœnam puniendi erunt.

Excommissæ super Electione Romani Pontificis damnantur.

§. Prohibentes etiam super futura electione Pontificis ſponſiones, quas excommissas vocant, fieri, & si forte contra præsentium tenorem factæ fuerint, illas nullas, & irritas in judicio, & extra fore, & omnino censeri, & contrafacientes, ac proxenetas arbitrio Gubernatoris, & futuri Pontificis puniri debere decernimus.

Cardinales unico ferculo moderato, & in propria Cella vescantur.

§. Cardinales autem primo ipso die, quo Conclave ingressi fuerint, tam in prandio, quam in cœna uno solo ferculo unius speciei tantum, eoque moderato, & alias juxta

Constitutionem præfati Clem. VI qualificato contenti sint, & esse debeant, nec quisquam in alterius Cella, vel de alterius ferculo vescatur.

Prælati custodes Conclavis inspicere debent epulas, ne litteræ, notæ, vel signa una cum eis intus Conclave mittantur.

§. Prælati quoque ad custodiam Conclavis deputati sub pœna perjurii, & suspensionis a Divinis, maxima, & exquisita diligentia utantur in inspiciendis, & perscrutandis epulis, & aliis rebus, ac personis Conclave intrantibus, & de eo exeuntibus, ne, sub earum rerum velamine, litteræ, aut notæ, vel signa aliqua transmittantur. Quod si tale quid inventum fuerit, Familiares Card. aut alii delinquentes pœnam privationis officiorum, & beneficiorum, ac inhabilitatis ad obtenta, & obtinenda incurrant. Et ulterius per Gubern. carceribus mancipentur, exinde nisi de mandato novi Pontificis minime relaxandi, sed ejus arbitrio acrius puniendi, omni facultate Collegio Card. in favorem quorumcumque, qui in præmissis, vel eorum aliquo deliquerint, omnino interdicta.

Conclavistæ discedentes non ingrediantur ulterius.

§. Conclavistæ vero, & quicumque alii servientes Conclave ex causa infirmitatis manifestæ, & notabilis a Medicis medio juramento probatæ, & de consensu deputatorum, quorum etiam conscientiam desuper oneramus, & non aliter exituri, nullo modo reverti possint, sed eorum loco alii eodem prorsus tempore, quo infirmi exibunt ingrediantur.

Cardinalis non diaconus non habet votum in Electione.

§. Statuimus etiam, & declaramus, quod si forte aliquis Card. saltem in Diaconatus ordine constitutus non fuerit, is nullatenus ad eligendum admitti debeat.

Monitio ad Card. circa ea, quæ debent servare in Electione facienda.

§. Cardinales autem per viscera misericordiæ D. N. JESU CHRISTI enixe rogamus, & hortamur, ac eis nihilominus

nus sub divini interminatione judicii præcipimus, & mandamus, ut attendentes magnitudinem Ministerii, quod per eos tractatur in dandis suffragiis, ac aliis omnibus, & singulis Electionem quomodolibet concernentibus, omni dolo, ac fraude, factionibus, & animorum passionibus remotis, ac Principum sæcularium intercessionibus, cæterisque mundanis respectibus minime attentis; sed solum Deum præ oculis habentes, sese pure, libere, sincere, quiete, & pacifice gerere, & habere debeant, nec pro ipsius Pontificis Electione conspirationes, condicta, pactiones, & alios illicitos tractatus inire; signa, aut contrasigna votorum suorum alteri dare, minasve aliquibus inferre, tumultus excitare, aut alia facere, per quæ electio retardetur, vel minus libere suffragia præstentur per se, vel alium directe, vel indirecte, quovis colore, vel ingenio audeant, vel præsumant. Quod si secus fecerint, aut contra prohibita in præsenti Constitutione aliquid admiserint, ultra divinam ultionem arbitrio futuri Pontificis pro modo culpæ in eos quandocumque animadverti possit.

Executores Bullæ deputantur.

§. Quia vero parum est jura condere, nisi forent, qui executioni ea demandarent, statuimus, & ordinamus, ut Prælati, Rectores, Officiales Urbis, ac Principum Oratores, illustres Viri, quos omnes a Collegio pro custodia Conclavis eligi continget, (eligere autem Collegium debebit eos, qui ad id magis idonei videbuntur) præmissa omnia plene, & inviolabiliter, ac sine fraude, & dolo aliquo observari faciant, de quo corporale juramentum coram ipso Collegio ante ingressum Conclavis, & quoties opus fuerit, præstare teneantur. quæ quidem nisi fecerint, vel si in eis dolum, & fraudem commiserint, prædictas pœnas, & cæteras in dicta Constit. Gregorii X contentas incurrant.

Cardinales non possunt mutare hanc Constitutionem.

§. Volumus autem neque per Prælatos, neque per Rectores, aut Officiales præfatos ultra, quam præmittitur, Card. arctari, neque præsentes has nostras Constitutiones per Collegium Card. ullo modo alterari, corrigi, aut immutari posse, sed illas coram omnibus de verbo ad verbum in pri-

ma Congregatione post obitum Pontificis fieri solita, & deinde post Conclavis ingressum legi, & jurari eo modo, quo leguntur, & jurantur Constitutiones Julii II, & aliorum prædecessorum nostrorum, quorum Constitutionibus, & pœnis in eis contentis ultra præmissa, per hanc nostram Constitutionem derogare non intendimus, sed magis eas confirmare, innovare, & comprobare.

Cardinales non excluduntur ab Electione ob Censuras.

§. Et ne dissensionis occasio, aut schismatis oriatur, volumus censurarum, & excomunicationum præfatarum, & aliarum quarumcumque prætextu, Card. a Pontificis electione active, vel passive excludi nullo modo posse, quas quidem excommunicationes, & censuras ad electionis effectum tantum, illis alias in suo robore permansuris, suspendimus, & suspensas esse volumus, & declaramus. Decernentes quoque excomunicationes, & censuras ipsas, eum solum afficere, qui deliquerit, non autem alios Conclavi durante cum eo conversantes.

Ponuntur clausulæ executivæ, & derogatoria.

§. Ac præsentes nostras ubicumque electionem Summi Pontificis etiamsi extra Urbem fieri contigerit, locum habere, & observari debere.

§. Ac insuper illas in valvis Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostol. ac in acie Campi Floræ per aliquos Cursores nostros legi, & publicari, ac illorum copiam ibidem affixam dimitti, & deinceps omnes, & singulos Card. etiam absentes, & futuros, & alios quoscumque, quorum interest, vel interesse poterit quomodolibet in futurum afficere, & ligare, nullumque earum ignorantiam prætendere posse, ac si eis personaliter intimatæ forent, præmissis, ac aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

§. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostsorum definitionis, statutorum, declarationum, decretorum, prohibitionum, mandatorum, interdicti, præcepti, rogationis, hortationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,

rit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, septimo Id. Octobris, Pontificatus nostri Anno tertio.

✠ Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

† *Ega R. Card. de Carpa Episc. Ostien.*
† *Ego F. Card. Pisa Episc. Cortuen. manu propria.*
† *Ego Fed. Cord. Cæsius Episcopus Tuscu'ani*
† *Ego Ja. Card. Moronus Episc. Prænestinus.*
†
Otho Truchses de Waldburg Episc. Card. Albanen.
† *Ego T. Cord. Crispus.*
† *Ega Ja: Mi. Card. Saracenus.*
† *Ego Ja: Cord. Sancti Vitalis.*
† *Ego Jac. Cord. Puteus.*
† *Ega Jo: B. Cicada Cord. S. Clemen.*
† *Ego B. Cord. Tranen.*
† *Ega Scipia Card. Pisarum.*
† *Ego Jo: Card. Reumanus.*
† *Ego Jo: Ant. Cord. Capisuccus.*
† *Ega F. M. Cord. Alexandrinus.*
† *Ega Clemens Cord. Aracœli.*
† *Ego Jo: Ant. Cord. Sancti Georgii.*
† *Ego Aloysius Card. Cornelius.*
† *Ego Bernardus Card. Salviatus.*
† *Ego Ph. Card. Aburd.*
†
† *Ega M. Ant. Card. Amulius.*
† *Ega R. Card. Navegerius.*
†
† *Ego A. Card. Farnesius Vice-Canc.*
† *Ega G. As. Card. Cam.*
† *Ego Jo: Cor. Urbin.*
† *Ega Hier. Card. Simoncellus,*
† *Ega Vitellotius Card. Vitellus.*

† *Ego Carolus Car. Borromæus.*
† *Ego Franciscus Card. Gonzaga.*
† *Ego Ind. Avalos Card. Avalos.*
†
†
†

Cæs. Glorierius,

Franc. de Lion,

Anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo sexageſimo secundo, Indictione quinta, die vero 21 *mensis Octobris, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D.* PII *divina Providentia* PAPÆ IV *Anno tertio, suprascriptæ Litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt Romæ in locis suprascriptis, ut est moris, ibibi earumdem copiis dimissis affixis per nos Andream de Curia, & Franc. Faya ejusdem S. D. N.* PAPÆ *Curs.*

Pro Mag. Curs. Franciscus Rogerius Curs.

BUL-

B U L L A
GREGORII PAPÆ XV.
De Electione Romani Pontificis.

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

SUMMARIUM

Continetur Causæ Constitutionis.

ÆTERNI Patris Filius, Magister, & Legislator Christus Dominus, cujus omnis actio, nostra est instructio, licet portaret omnia verbo virtutis suæ, nec esset quicquam absconditum ab oculis ejus, tamen priusquam ad Apostolatus munus duodecim Apostolos eligeret, & nominaret, quod alias unquam fecisse in scripturis non legimus, pernoctare voluit in oratione Dei, & antequam B. Petro ovium suarum curam committeret, tertium repetita interrogatione, trinam extare æterni amoris ejus professionem; Nos scilicet erudiens quanta diligentia, cautione, & cura in omnium Pastorum electione adniti debeamus, ut boni eligantur, & fideles, præsertim vero in B. Petri successoris, qui Orbis est Lumen, Doctor Gentium, & Pastor Pastorum; quapropter satis etiam admonemur nihil eorum, quæ ad electionis Romani Pontificis negotium, cautius, & melius transigendum conducunt, omitti debere, salus enim non unius membri, sed totius corporis agitur, cum de capite consulitur. Igitur, etsi diversis fel. rec. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & Sanctorum Patrum decretis salubriter provisum est, ut ejus electio rite, & recte peragatur, & in ipsa non caro, & sanguis, aut humana sapientia, quæ stul- Edita Anno Domini 1621.

ti-

tiria est apud Deum, dominetur, sed Spiritus Sancti gratia omnia dirigantur, & gubernentur: nihilominus, ut dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam, experientia compertum est salubriori remedio locum non deesse. Nos igitur quos posuit Dominus, licet nullis suffragantibus meritis, regere Ecclesiam suam, ne in extremo die prætermissi officii in re tanti momenti a nobis ratio a districto Judice exigatur, quod multorum etiam votis, & postulationibus multum expetitum est, Sancti Spiritus adspirare gratia, faciendum decrevimus.

Conantur tres formæ Electionis ROMANI PONTIFICIS, *scilicet per scrutinium, per compromissum, & per quasi inspirationem.*

§. Matura itaque cum Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione habita, de eorundem Fratrum consilio pariter, & assensu, hac nostra perpetuo valitura Constitutione, statuimus, decernimus, & declaramus in posterum electionem Romani Pontificis fieri aliter non posse, quam in conclavi, & eo clauso, ac post celebratum in eo prima die Sacrosanctum Missæ solitum Sacrificium, cui Cardinales interesse & in eo communicare consueverunt, ac per secreta schedularum suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclavi præsentium: præterquam si omnes, & singuli Cardinales similiter in Conclavi præsentes, nemine dissentiente, aliquibus ex eorundem Collegio Cardinalium committerent eligendi potestatem, ut vice omnium Ecclesiæ Catholicæ provideret de Pastore, aut nisi communiter ab omnibus, & singulis Cardinalibus, qui iidem in Conclavi præsentes erunt, nemine pariter dissentiente, quasi per inspirationem, nullo præcedente de persona speciali tractatu, per verbum ELIGO, intelligibili voce prolatum, aut scripto, si voce fieri non poterit, expressum, fuerit celebratum.

In Electione per viam scrutinii, vel scrutinii, & accessus, & per viam compromissi nemo potest eligere seipsum.

§. Numerum autem suffragiorum duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclavi præsentium, ut electio per

viam

viam scrutinii, sive scrutinii & accessus valida sit, decernimus, & declaramus ita esse censendum, ut in duabus tertiis partibus, suffragium electi non numeretur, nec quisquam sive scrutinii, sive scrutinii & accessus, sive compromissi via procedatur, seipsum eligere, seu suffragium sibi dare nullatenus possit: Electi tamen persona, si in Conclavi sit, debeat in numerum Cardinalium computari.

In scrutinio, vel scrutinio & accessu necessaria est publicatio suffragiorum.

§. Rursus nemo per viam scrutinii, seu scrutinii & accessus habeatur pro electo, nisi publicatis omnibus suffragiis, & electi, si numerum tantummodo duarum ex tribus partibus habuisse compertum sit, etiam schedulis apertis.

De pluribus electis in suffragiorum paritate; vel imparitate.

§. Ac si contingat plures in schedulis nominatos, duas tertias partes suffragiorum tulisse, in suffragiorum paritate nauter sit electus, in imparitate vero qui numero suffragiorum superior erit, dummodo duas tertias partes, etiam in uno suffragio excellat, electus censeatur.

Juramentum præstandum per Cardinales in suffragio ferendo.

§. Insuper in unoquoque scrutinio antequam schedula in calicem mittatur, a quolibet Cardinale Juramentum alta, & intelligibili voce fiat, his verbis: TESTOR CHRISTUM DOMINUM, QUI ME JUDICATURUS EST, ME ELIGERE QUEM SECUNDUM DEUM JUDICO ELIGI DEBERE, ET QUOD IDEM IN ACCESSU PRÆSTABO. Et hoc Juramentum a nullo omittatur.

De qualitate, inscriptione, & signis schedularum pro suffragiis.

§. Suffragiorum autem schedulæ hujusmodi tam scrutinii, quam accessus, ubi fieri potuerit, impressæ omnino esse debant, ubi non potuerit, unius tantum manu scriptæ sint; ita

ita videlicet, ut tam impressæ, quam ita scriptæ, ea omnia, quæ in schedulis hujusmodi exprimi solent, contineant, præter sola nomina, seu denominationes eligentis, & electi, & infrascripta signa, quæ omnia manu ejusdem eligentis scribantur, & nomen quidem eligentis in prima parte schedulæ, electi vero in sequenti, & rursus electi, quantum fieri poterit charactere alterato, itaut cognosci non possit; eaque schedulæ pars, in qua erit eligentis nomen claudatur, ac sigillo ad hoc parato, ac secrete habito, non autem eo, quo quisque uti solet, obsignetur. Ut autem videri possit, ne qui alicui accessit eidem in scrutinio suffragium dederit, schedulæ omnes duobus aliis signis in ultima parte signantur, numero nempe aliquo, & brevi dicto Sacræ Scripturæ, vel alio hujusmodi, quæ signa in utraque schedula tam scrutinii, quam accessus eadem sint.

De complicatione, obsignatione, & aperitione.

6. Postea vero pars illa schedulæ, ubi hæc signa erunt, etiam complicetur, & obsignetur, ne a Scrutatoribus videri possit, nisi postquam fuerit per scrutinium, & accessum, electio perfecta; quo casu schedulæ accessus a Scrutatoribus ea in parte, ubi duo prædicta sunt signa, aperiatur, iisque inspectis, & earum sigillis, aliæ schedulæ cum iisdem signis notatæ, & in scrutinio datæ reperiantur, ut videlicet, an duo hæc signa, & sigillum, eadem sint cognoscatur, & deinde duo suffragia ab eodem Cardinali uni data non fuisse appareat.

Quando suffragium accessus sit nullum, & quando schedulæ aperiantur in ea etiam parte, ubi est nomen Eligentis.

§. At si inter schedulas scrutinii nulla reperietur iisdem signis notata, quibus schedula accessus signata erit, aut si quis eidem accesserit, quem in scrutinio nominaverit, utroque casu suffragium accessus nullum sit. Subscriptio autem, seu nomen Eligentis resignari non possit, nisi contingat, ut sigillum, & alia duo prædicta signa sint eadem cum signis, & sigillo alicujus alterius Cardinalis, aut alia difficultate cogente,

Ni-

Nomen Electi quomodo in schedulis scribendum, & ubi debeat inscriptio schedularum fieri.

§. Quod autem attinet ad nomen Electi, illud eo modo a Cardinalibus scribatur, quomodo in folio impresso, ubi in Conclavi notari suffragia solent. Praeterea, ut secreto cautius consulatur, schedulæ suffragiorum conficiantur, una, seu pluribus in mensis, in media Capella constitutis, ita a Cardinalibus remotis, & circumseptis, ut quid scribatur ab aliis videri non possit. Si quis vero ad mensam accedere, impeditus valetudine non poterit, is suffragium suum in loco suo secrete conficare debeat, & ad illud accipiendum ultimus Scrutatorum accedat.

Quando sit locus accessus, & quando, & quomodo fieri debeat.

§. Et ut accessus secrete etiam peragatur, scrutinio publicato, si electio per consensum duarum partium in eo non fuerint celebrata, statim antequam ad alios actus deveniatur, Cardinales schedulam pro accessu formatam, prædictis in mensis conficere, sicut in scrutinio teneantur. Porro usus schedularum pro accessu talis erit. Qui accedere alteri ex nominatis in scrutinio voluerit, ejus nomen scribet, qui vero noluerit, ne cognosci possit, eum nulli accedare, in loco nominis scribat, NEMINI.

Tam in scrutinio, quam in accessu plures nominare non licet, & accessus, cui fieri possit.

§. Nulli autem tam in schedula scrutinii, quam accessus, plures nominare liceat, alioquin suffragium, in quo plures fuerint nominati, nullum sit, accedere tamen uni ex nominatis a se in dicta schedula, vel alii, dummodo aliquod aliud suffragium in eodem scrutinio tulerit, non prohibeatur, & in numerum Cardinalium in Conclavi præsentium numeretur.

Se-

Semel licet accedere in uno scrutinio, & per accessum non receditur a nominato in scrutinio.

§. Neque in quolibet scrutinio, nisi semel accedere liceat; neque per accessum, ab alterius nominatione, in scrutinii schedula facta, recedi decernimus, & declaramus.

Numeratio schedularum quomodo fiat, & quid Juris si numero Cardinalium schedulæ non respondeant.

§. Insuper antequam schedulæ, sive scrutinii, sive accessus, a Scrutinatoribus aperiantur, omnes ab iis diligentissime palam numerentur, & si plures repertæ fuerint, quam sint Cardinales, in Conclavi præsentes, omnes comburantur, & iterum ad suffragia statim deveniatur.

Pœna contra non servantes supradicta in hac Constitutione.

§. Si qui autem aliquid ex supra expressis non servaverit, aut quomodocumque directe, vel indirecte in aliquo contravenerit, sententiam excommunicationis ipso facto incurrat.

De infirmis Card. quomodo suffragia ferant in scrutinio & accessu.

§. Præterea statuimus, & ordinamus, quod si aliquem infirmitas impediverit ad scrutinium venire, ad eum adire debeant tres Cardinales, sorte ante scrutinium, ut infra, ad hanc rem ex omnibus Cardinalibus per ultimum Diaconorum extracti, cum capsula perforata, sed inani, & palam a Scrutatoribus clausa, cujus clavis super Altare remaneat, & schedulam impressam illi deferre, ipseque illam, sicut alii Cardinales, prævio Juramento suprascripto, secrete conficere teneatur, deinde in capsulam conjiciat, eaque per eosdem Cardinales relata, & aperta, in Calicem schedula mittatur. Publicato deinde scrutinio, si accessus agendus erit, ut etiam Infirmi accedere possint, unum ex foliis, in quibus omnia Cardinalium, & suffragiorum numerus notantur, a tribus Cardinalibus prædictis sumatur, & palam re-

co-

cognito numero suffragiorum, quæ quisque in scrutinio tulerit, ad Infirmum una cum alia impressa schedula, pro accessu parata, & cum eadem capsula ab iis deferatur. Infirmus vero alicui accedere, vel nemini accedere debeat, omniaque, & singula serventur, quæ de scrutinii schedula supra ordinata sunt, sub eadem excomunicationis latæ sententiæ pœna. At si quis scribere valetudine impediatur, per alium, prævio juramento ab eo qui scribet præstando, de servando secreto, quod sub eadem excommunicationis pœna servari mandamus, scribere libere possit.

Scrutatores, & Deputati pro votis infirmorum suscipiendis, ac Recognitores quomodo extrahantur, & quam pœnam incurrant, si aliquid secreti revelent; & de officio Recognitorum, & combustione schedularum.

§. Ad hæc Scrutatores tres, sicut & tres alii Cardinales, qui ad infirmorum suffragia deferenda proficiscentur, ex omnibus Cardinalibus præsentibus in Conclavi, nulla ordinis servata distinctione, sorte immediate ante quodlibet Scrutinium per ultimum Diaconorum extrahantur, & qui semel extracti fuerint, in vas iterum conjiciantur, alioquin si quis contrafecerit, sicut si Scrutatores, vel Recognitores aliquid secreti in exercendo suo officio cognoverint, & illud revelaverint, eamdem latæ sententiæ excomunicationem incurrant. Finito scrutinio, & accessu, sive electio sequuta sit, sive non sit, tres alii Cardinales, sorte pariter, ut supra extrahendi, schedulas omnes recognoscere debeant, sigillo tamen, & duobus aliis signis, si aperta non fuerint, intactis remanentibus. Quæ omnes, & singulæ schedulæ, sive sequuta, sive non sequuta Electione, postmodum statim palam comburantur.

Quoties in die, & quando fieri debeat scrutinium, vel compromissum, & de pœna non observantium statuta in hoc §.

§. Similiter ne electio protrahatur, statuimus, & ordinamus, ut sub simili excomunicationis pœna, eo ipso incurrenda, scrutinium bis singulis diebus peragatur, ita ut eriam perficiatur, mane scilicet post solitam Missam, & prima quidem die tantum post Cardinalium sacram peractam Com-

mu-

munionem, & pomeridiano tempore hora opportuna, post Hymnum *Veni Creator Spiritus*, & orationem de Spiritu Sancto. idemque si compromissi via eligatur observari debeat: atque ad scrutinium, cum tertium pulsata per loca solita Conclavis campanula de more fuerit, omnes, & singuli Cardinales convenire debeant, valetudine non impediti, sub eadem excomunicationis latæ sententiæ pœna.

Pactiones, promissiones, signa, & alia hujusmodi prohibentur Cardinalibus sub pœnis, de quibus hic.

§. Cardinales præterea omnino abstineant ab omnibus pactionibus, conventionibus, promissionibus, intendimentis, condictis, fœderibus, aliisque quibuscumque obligationibus, minis, signis, contrasignis suffragiorum, seu schedularum, aut alias tam verbo, quam scripto, aut quomodocumque dandis, aut petendis, tam respectu inclusionis, quam exclusionis, tam unius personæ, quam plurium, aut certi generis, veluti creaturarum, aut hujusmodi, seu de suffragio dando, vel non dando, quæ omnia, & singula, si de facto intervenerint, etiam juramento adjecto, nulla, & irrita, neque ad eorum observantiam quemquam teneri, aut ex transgressione notam incurrere fidei non servatæ decernimus, & declaramus: & contrafacientes ex nunc excomunicationis pœna innodamus; tractatus tamen pro electione habendos vetare non intelligimus.

EditaAnno Dom. 1621.

Quæ nullam reddant Electionem. ROMANI PONTIFICIS *& de pœnis eligentium, & electorum contra formam hujus Constitutionis.*

§. Quod si electio hujusmodi alibi celebrata fuerit quam in Conclavi clauso, vel aliter, quam per secreta schedularum suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclavi præsentium, in scrutinio, seu scrutinio & accessu, Electi suffragio non computato, vel per viam compromissi, ab omnibus Cardinalibus similiter in Conclavi præsentibus, nemine dissentiente initi, & ita ut nemo seipsum elegerit, vel quasi per ispirationem nullo præcedente de persona speciali tractatu, omnium pariter Cardinalium præsentium in Conclavi, communiter, nemine itidem dissentiente, per verbum, ELIGO, intelligibili voce prolatum, aut

scripto

scripto, si voce non potuerit, expressum, nulla sit, & invalida eo ipso, absque ulla declaratione, & ita electo nullum jus tribuat: quinimmo is non Apostolicus, sed Apostaticus sit, & habeatur, & tam ipse, quam eligentes, ejusque fautores, & complices sententiam excommunicationis, & anathema, aliasque censuras, & pœnas invasoribus Sedis Apostolicæ a Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis impositas, pariter ipso facto incurrat, a qua, sicut ab alia quacumque in hac Constitutione imposita, & irrogata, seu infra imponenda, & irroganda pœna excommunicationis, tam ipsi, quam quilibet alius, sive S. R. E. Cardinalis, sive alia persona cujuscumque gradus, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ, a nullo, neque etiam a Majori Pœnitentiario, cujuscumque facultatis vigore, præterquam a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, absolvi possit, & tam ipse, ejusque complices, & fautores, quam alii quicumque etiam S. R. E. Cardinales hujus Constitutionis in aliquo transgressores, aliis gravissimis pœnis teneantur, futuri Pontificis canonice intrantis arbitrio, irrogandis.

Præcipit observari secretum in electione ROMANI PONTIFICIS *& prohibet Card. mutationem, aut alterationem hujus Constitutionis.*

§. Postremo statuimus, & districte præcipiendo mandamus, ut S. R. E. Card. quæcumque secretum violare quomodolibet poterunt, omnia evitare, & cavere omnino teneantur, cum intentio & mens nostra sit, ut electionis hujusmodi tam sanctum negocium, si fiat per scrutinium, seu scrutinium & accessum, ut præfertur, secretissime transigatur; ac proinde iisdem omnibus & singulis S. R. E. Card. & eorum Sacro Collegio inhibemus, ne contra hæc, vel horum aliquod statuere, disponere, vel ordinare, seu in aliquo corrigere, alterare, mutare, seu aliquo modo facere, tractare, moliri, vel attentare præsumant quovis prætextu, causa, vel exquisito colore sub eadem excommunicationis pœna ipso facto incurrenda,

Deputantur hujus Constitutionis executores.

§. Ut autem hujusmodi nostra Constitutio inviolabilius observetur, tres Cardinales, qui singulis diebus Congregationibus agendis præpositi sunt, & cum his S. R. E. Camerarius, illam in omnibus, & per omnia observari procurent, & faciant.

Cardinales censuris irretiti non excluduntur ab electione ROMANI PONTIFICIS.

§. Volumus etiam, & decernimus, censurarum, & excomunicationum prædictarum, & aliarum quarumcumque prætextu, vel causa Cardinales a Summi Pont. electione activa, & passiva excludi nullo modo posse, quas quidem censuras, & excomunicationes ad effectum hujusmodi electionis tantum, illis alias in suo robore permansuris, suspendimus: decernentes easdem excommunicationes, & censuras eos solum afficere, qui deliquerint, non autem alios Conclavi durante, qui cum iis conversati fuerint.

Monitio ad Card. circa ea, quæ advertere debeant in electione ROMANI PONTIFICIS.

§. Cæterum, & si opus non esse in Domino confidimus, tamen pro officii nostri debito, & rei de qua agitur gravitate, admonemus, hortamur, & in Domino obsecramus S. R. E. Cardinales, ut attente considerent personæ quam sustinent, officium, & dignitatem, quam sacrum præterea, & quanti momenti sit opus, quod tractant, & nihil quod non deceat nihil a re alienum committant, sed cogitent, quam perniciosum futurum sit universæ Ecclesiæ, Christi sanguine acquisitæ, si male administretur, ac proinde exuant omnes mundanas curas, & induant solum Dominum Nostrum JESUM CHRISTUM memores nihil prodesse homini si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur. Denique animum advertant se in Conclavi clausos editissima in specula constitutos esse, & factos spectaculum Deo, & hominibus, a Domino, cujus negocium gerunt, supplicii, vel gloriæ sempiternæ retributionem citissime laturos.

De-

Derogatur Constitutionibus, & Decretis Conciliorum, & aliis huic Constitutioni contrariis.

§. Non obstan. quatenus opus sit, Const. fel. rec. Alexandri Papæ III prædecessoris nostri in Concilio Lateranensi edita, quæ incipit: *Licet de vitanda*, & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, etiam in Conciliis generalibus promulgatis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis etiam in corpore Juris clausis, quibus omnibus, & singulis, quatenus pariter opus sit, eorum omnium, & singulorum tenores; perinde ac si ad verbum exprimerentur, pro expressis, & insertis habentes, pro hac vice dumtaxat, illis alias in suo robore permansuris, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Quoties, & quando juranda sit per Cardinales hæc Constitutio.

§. Volumus quoque præsentes nostras coram omnibus in prima Congregatione post obitum Pontificis fieri solita, & deinde post Conclavis ingressum, & cum quis ad Cardinalatus honorem promotus fuerit, cum aliis similibus Constitutionibus legi, & juramentum super illius observatione præstari, & ita præcipimus, & mandamus.

Restringitur derogatio, de qua in §. 24, & indicitur successoribus Pontificibus observantia hujus Constitutionis.

§. Quibus Constitutionibus, & pœnis in eis contentis, nisi in superius expressis, per hanc nostram derogare non intendimus, sed eas in sui roboris firmitate relinquere. Speramus etiam, Rom. Pont. qui pro tempore canonice eligentur, omni studio curaturos, ut quæ nostris hujusmodi, & in eis salubriter statuta sunt, inviolabiliter, ac etiam si opus fuerit, per pœnarum ipsarum contra transgressores executionem, observentur.

Publicatio hujus Constitutionis præcipitur, & aliæ consuetæ clausulæ executoriæ adduntur.

§. Denique volumus, easdem præsentes in Valvis Basilicarum S. Joannis Lateran. ac Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, nec non in Acie Campi Floræ per Cursores nostros affigi, & publicari, ac eorum exempla ibidem affixa dimitti, & deinde omnes, & singulos Cardinales tam absentes, quam præsentes modernos, & qui pro tempore erunt, & alios quoscumque quorum interest, vel interesse poterit quomodolibet in futurum, afficecere, & ligare, nullamque harum ignorantiam prætendere posse, ac si eis personaliter intimatæ forent, præmissis cæterisque contrariis quibuscumque non obstantibus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Statutorum, Decretorum, Declarationum, Mandatorum, Innodationis, Voluntatis, Admonitionis, Hortationis, Obsecrationis, Inhibitionis, Derogationis, Præcepti, & Suspensionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo primo, decimo septimo Kalen. Decembris, Pontificatus Nostri Anno primo.

✠ Ego Gregorius Catholicæ Eccles. Episc.

† *Antonius Card. Saulus, Episc. Ostien. promitto, voveo, & juro.*

† *Franciscus Maria Cardinalis a Monte, Episc. Portuen., promitto, voveo, & juro.*

† *Franciscus Card. Sfortia, Episc. Tuscul., promitto, voveo, & juro.*

† *A. Card. Montaltus S. R. E. Vice-Cancellarius, Episc. Albonen. promitto, voveo, & juro.*

† *Odoardus Card. Farnesius, Episc. Sabinen promitto, voveo, & juro.*

† *Octavius Card. Bandinus, Episc. Prænestinus, promitto, voveo, & juro.*

†

† *An-*

† *Andreas Card. Perettus, promitto voveo, & juro.*
† *B. Cardinalis Bevilacqua, promitto, voveo, & juro.*
†
† *F. Tit. S. Praxedis Presb. Card. de Sourdis, promitto, voveo, & juro.*
† *Ego Jo: Baptiſta Tit. SS. Marcellini, & Petri Card. Detus, promitto, voveo, & juro.*
† *Ego Dominicus SS. Apostolorum Presb. Card. Gymnasius, promitto, voveo, & juro.*
†
† *Ego Carolus Tit. S. Cæsarei Presb. Card. Madrutius, promitto, voveo, & juro.*
†
† *Ego S. Tit. S. Chrisogoni Presb. Card. Burghesius major Pœnitentiarius, promitto, voveo, & juro.*
† *Ego M. Tit. S. Onuphrii Presb. Card. Barberinus, promitto, voveo, & juro.*
† *Ego Jo: Gorsia Tit. SS. Quatuor Coronatorum Presb. Card. Millinus, promitto, voveo, & juro.*
† *Ego M. Tit. SS. Quirici, & Julitæ Presb. Card. Lantes, promitto, voveo, & juro.*
†
† *Ego M. Angelus Tontus Tit. S. Petri ad Vinculo Presb. Card. Nazarenus, promitto, voveo, & juro.*
† *Ego F. Tit. S. Augustini Presb. Card. Verollus, promitto, voveo, & juro.*
† *Ego Jo: Baptista Tit. S. Cæciliæ Presb. Card. Lenius, promitto, voveo, & juro.*
†
†
† *Ego Dominicus Tit. S. Martini in Montibus Presb. Card. Rivarola, promitto, voveo, & juro.*
† *Ego P. Tit. S. Mariæ de Populo Presb. Card. Philonardus, promitto, voveo, & juro.*
† *Ego P. Paulus Tit. SS. Nerei, & Achillei Presb. Card. Crescentius, promitto, voveo, & juro.*
†
†
† *Ego Gaspar Tit. S. Crucis in Jerusalem Presb. Cardinal. Borgia, promitto, voveo, & juro.*
†

 † *Ego*

† *Ego Robertus Tit. S Alexii Presb. Card. Ubaldinus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Tiberius Tit. S. Priscæ Presb. Card. Mutus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Gabriel Tit. S. Poncratii, Presb. Card. de Trejo, promitto, voveo, & juro.*

†

†

†

† *Ego Petrus Tit. S. Thomæ in Parione Presb. Card. Compereus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Matthæus Tit. S. Marci Presb. Card. Criolus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego S. Presb. Card. S. Susonnæ, S. R. E. Bibliothecarius, promitto, voveo, & juro.*

†

†

†

†

† *Ego Guido Tit. S. Joannis ante Portam Latinam Presb. Card. Bentivolus, pr mitto, voveo, & juro.*

† *Ego Petrus Tit. S. Salvatoris in Lauro Presb. Card. Valerius, promitto, voveo, & juro.*

† *Eg. F. Federicus Presb. Card. de Zolleren, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego Cæsar Tit. S. Petri in Monte Aureo Presb. Card. Gherardus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Fr. Desiderius Tit. S. Clementis Presb. Card. de Cremona, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Stephanus Tit. S. Mariæ in Via Presb. Card. Pignatellus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Jo. Card. Ludovisius, Tit. S. Mariæ de Transpontina S. R. E. Cam., promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Franciscus Tit. S. Matthæi in Merulana Presb. Card. Sacratus, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego M. Ant. Tit. S. Eusebii Presb. Card. Gozadinus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Alexander S. Mariæ in Via Lata Diaconus Card. Esten., promitto, voveo, & juro.*

†

†

†
†
†
†
†
†
†
† *Ego Franciscus S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Card. Boncompagnus, promitto, voveo, & juro.*
† *Ego Hypolitus S. Mariæ Novæ Diaconus Card. Aldobrandinus, promitto, voveo, & juro.*
†

Jo: Beninus.

N. Odot.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate D. N. JESU CHRISTI *millesimo sexcentesimo vigesimo primo, Indictione quarta, die vero vigesima sexta mensis Novembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D.* GREGORII *Divina Providentia* PAPÆ XV, *Pontificatus sui anno primo, introscripta Litteræ Apostolicæ publicatæ, & affixæ fuerunt ad Valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ, dimissis ibidem earundem Litterarum originalibus appensis per aliquod temporis spatium, & exinde amotis, deinde dimissis earundem Litterarum copiis affixis, ut moris est per nos Augustinum Bracherium, & Brandimartem Latinum prælibati SS. Domini Nostri* PAPÆ *Cursores.*

Octavius Spada Magister Curs.

CÆREMONIALE

Continens Ritus Electionis ROMANI PONTIFICIS

GREGORII PAPÆ XV

Jussu editum, & auctoritate confirmatum.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Litterarum confirmationis Proœmium.

DECET ROMANUM PONTIFICEM, quæ ad Ecclesiæ Catholicæ felix regimen salubriter a se statuuntur, ut quam facillime observentur, pastorali sollicitudine providere, & ea, per quæ a se decreta debitum sortiuntur effectum, stabilire. Siquidem postquam novam Constitutionem de ROMANI PONTIFICIS electione, ob causas in ea expressas, divina adspirante gratia edidimus, ne ejus usus, & observantia, veteri Rituali Ecclesiæ Romanæ fere inutili ob eandem Constitutionem reddito, proprii Cæremonialis directione destitueretur, novum, prout sequitur, confici mandavimus. Quod, cum post nonnullorum S. R. E. Cardinalium, quibus negocium commisimus, diligens, ut res postulabat, adhibitum examen, confectum fuerit, & a Nobis approbatum, ut illud cum omnibus, & singulis in eo contentis inviolabiliter observetur, ex nostri Pastoralis officii debito providendum censuimus. Tenor autem illius est qui sequitur.

CÆ-

CÆREMONIALE.

Tenor Cæremonialis, & primo de Exequiis Romani Pontificis.

ROMANO PONTIFICE vita functo, Cardinales præstito in prima Congregatione juramento de observanda Constitutione Gregorii Papæ XV, de reformatione Conclavis, una cum aliis Constitutionibus, quæ legi & jurari in ea hactenus consueverunt, Exequias pro ejus Anima juxta ritum hucusque observatum per novem continuos dies facere debent, nisi forte in illis novem diebus aliquod Festum ex præcipuis, & magnis incideret, propter cujus observantiam exequias intermitti debere Cardinalibus videretur, hoc enim casu in numero quidem noveni dierum Exequiarum intermissarum dies computantur: verum impensa quæ in omissis exequiis facienda esset, in Pauperes Christi juxta Pii IV Constitutionem distribuenda est. Qua etiam Constitutione, ut exequiarum impensis, quæ jam in immensum excreverant, modus, & finis aliquis esset, cautum est, ne impensæ illorum novem dierum decem ducatorum millium summam, computatis omnibus, præter regalia Populo Romano præstari solita, excederent, & ut earum impensarum distributio juste fieret, tribus ex antiquioribus Cardinalibus, uni scilicet ex quolibet Ordine, ac S. R. E. Camerario, commissa fuit.

De impensis exequiarum.

De Missa Spiritus Sancti in Ecclesia S. Petri.

Exequiis defuncti Pontificis completis, & interim Conclavi opportuno præparato, Cardinales in Basilica Sancti Petri, vel alibi pro temporis, & loci opportunitate conveniunt, ubi per Decanum Sacri Collegii, vel eo impedito per alium ex antiquioribus Cardinalibus, Missa de Spiritu Sancto celebratur, & in fine per aliquem Prælatum, aut alium Virum doctum habetur oratio, in qua monentur, ut sepositis omnibus privatis affectibus, solum Deum præ oculis habentes, Sanctæ Romanæ, & universalis Ecclesiæ de Pastore sufficienti, & idoneo providere, omni qua possunt brevitate, & diligentia curent, ad Apostolicarum Constitutionum, & Sacrorum Conciliorum præscriptum.

De ingressu Conclavis.

Re Divina peracta, Clericus Cæremoniarum capit Crucem Papalem, & procedit, quem Cardinales sequuntur, Episcopi primum, deinde Presbyteri, postremo Diaconi cum suis cappis violaceis: Crucem præcedunt Familiares

Car-

Cardinalium, & immediate Cantores Hymnum (*Veni Creator Spiritus*) cantantes, post Cardinales, sequuntur Prælati, atque ita processionaliter procedentes, Conclave ingrediuntur, & cum ad Capellam pervenerint, Cardinalium Decanus apud Altare dicit orationem (*Deus qui corda fidelium*), qua finita leguntur, & juratur per Cardinales Constitutiones de Romani Pontificis Electione, & una cum eis Constitutio novissima Gregorii XV. Deinde Cardinales post sermonem habitum per Decanum, quo eos convenientibus verbis ad Electionis negocium rite, & recte peragendum hortatur, ad Cellas sorte inter eos, juxta Constitutionem Pii V distributas, divertunt, & post prandium omnes rursus simul congregantur, & Officiales Conclavis, & alii præstant Sacro Collegio juramenta consueta.

De hora claudendi Conclave. Cardinales autem ingressi Conclave non exeant, vespere reversuri, sed in ipso omnino permaneant: Ipsumque Conclave, post ter jussu Cardinalis Decani personatam campanulam, videlicet prima vice circa primam horam noctis, secunda circa secundam, & tertia circa tertiam, exclusis omnibus, qui in Conclavi remanere non debent, intus, & extra claudatur, & claves S. R. E. Camerario, ac Magistro Cæremoniarum, & Prælatis custodibus Conclavis juxta solitum assignentur,

De Conclavistis. Deinde accensis funalibus, tres Cardinales Capita Ordinum, & Camerarius una cum Magistro Cæremoniarum latebras, & angulos omnes Conclavis diligenter perquirunt, ne quis ex iis qui esse in Conclavi prohibentur, intus remanserit. In Conclavi autem esse possunt Familiares Cardinalium, & alii Officiales, & Ministri Conclavis, qui in Constitutione Pii IV resensentur, quibus adduntur duo alii, unus Famulus pro Magistris Cæremoniorum, & alius pro Secretario Sacri Collegii; hac tamen conditione adjecta, ut Famulus Magistrorum Cæremoniarum, actu uni ex illis inserviat, & per sex menses ante fuerit ejus continuus commensalis, quæ conditio in Famulo Secretarii similiter exigitur: omnium autem istorum Conclavistarum post prandium diei sequentis fit recognitio, ne quis inter illos forte esset ex iis, qui in Conclavi esse non possunt, quæ recognitio, ut certius fiat, jubentur Conclavistæ omnes intrare Capellam, & postea singillatim recensentur.

De colloquiis, litteris, cibis, & vestibus. Clauso Conclavi, servari debent omnia, quæ de colloquiis, litteris, & cibis, & quæ de non ingredientibus Cardi-

dinalibus, aut iisdem, aut eorum Familiaribus postquam ingressi sunt exeuntibus, in Constitutione Pii IV sancita sunt. Quod vero attinet ad vestes, non solum cum ad Electionem Cardinales procedunt, croceis uti debent, sed juxta vetus Cæremoniale, cum aliquid collegialiter agendum est.

De Capitulis ante Electionem, & de voce activa Cardinalium.

Porro capitula, quæ ante Electionem fieri solent a singulis Cardinalibus subscribenda, etiam ad favorem Conclavistarum fieri poterunt vel ante ingressum Conclavis, vel post ingressum, dummodo per ea non retardetur, aut differatur ingressus, vel electio. Quoniam autem juxta Constitutionem Pii IV Cardinales, qui saltem in Ordine Diaconatus constituti non sunt, ad Electionem Romani Pontificis non admittuntur, inspiciendum erit antequam ad Electionis negocium procedatur, an aliqui ex Cardinalibus præsentibus Ordine prædicto careant; nam si careant, a suffragio ferendo excludendi erunt, nisi privilegio Pontificio muniti sint. De Cardinali autem, cui ante mortem Pontificis os fuit clausum, aliquando dubitatum est, verum a Pio V fuit hæc dubitatio sopita per ejus Decretum editum 26 Januarii 1571, quo declaravit, hujusmodi oris clausuram, cæremoniam quandam esse, ea de causa introductam, ut Cardinales, antequam in Consistoriis, & Congregationibus suffragium ferant, de modestia, quæ ab ipsis in his & aliis actibus adhiberi debet, quodammodo admoneantur, non autem pertinere ad præcipuam Cardinalium facultatem, quæ circa Summi Pontificis Electionem versatur; quæ declaratio Pii V semper hucusque observata fuit.

Quomodo præcavendæ nullitates Electionis ab Executoribus Constitut. Gregorianæ.

Quoniam autem ex Gregoriana Constitutione ad actum Electionis sub pœna nullitatis devenire non possunt Patres, nisi clauso Conclavi: tres Cardinales, & Camerarius ejusdem Constitutionis executores deputati providebunt, ut statim post clausum Conclave diligens per aliquos fiat inquisitio super ipsa clausura, eaque in effectu reperta, curabunt, ut de ea publicum fiat documentum per Magistrum Cæremoniarum rogandum, & post hujusmodi documentum, etiam si Conclave in totum, vel pro parte de facto apertum fuisse reperiatur, semper tamen clausum, & pro clauso censeri, & haberi debet ad effectum validitatis Electionis, donec de consensu duarum partium Cardinalium præsentium, per secreta suffragia apertum esse declaretur. Hæc tamen declaratio electionis, quæ ante ipsam facta fuerit, nullatenus

pus

nus præjudicare debet, neque ob ipsam declarationem præcedens electio impugnari potest.

De formis Electionis. Mane sequenti post clausum præcedenti nocte Conclave, post solitum campanulæ sonum, conveniunt Cardinales in eo præsentes, qui infirmitate non sunt impediti, ad Capellam Paulinam, & ibi celebrata consueta Missa, & facta Cardinalium communione, statim ad negocium electionis procedere debent, quod quidem hodie ex Gregor. Constitutione, uno tantum ex tribus modis sive formis peragendum est, alioquin electio nullitatis vitio subjacet.

De inspiratione. Primus modus est, qui quasi per Inspirationem vocatur, quando scilicet omnes Cardinales, quasi afflati Spiritu Sancto, aliquem unanimiter, & viva voce Summum Pontificem proclamant; circa quem modum ex Constitutione Gregoriana infrascripta notari possunt.

Primum, hæc forma electionis practicari potest solum in Conclavi, & eo clauso. Secundo, debet fieri electio secundum hanc formam ab omnibus, & singulis Cardinalibus in Conclavi præsentibus. Tertio, communiter, & nemine eorum dissentiente. Quarto, nullo præcedente de persona speciali tractatu, per verbum (eligo) intelligibili voce prolatum, aut scripto expressum, si voce non possit proferri; exemplum autem hujus potest esse hujusmodi. Si aliquis Patrum, clauso Conclavi, nullo, ut præfertur, præcedente speciali tractatu, diceret. Reverendissimi Domini perspecta singulari virtute, & probitate Reverendissimi D. N. Judicarem illum eligendum esse in Summum Pontificem, & ex nunc ego ipsum eligo in Papam. Deinde hoc audito, si cæteri Patres nemine excepto, sequentes primi sententiam eodem verbo (eligo) intelligibili voce prolato, aut si non potest in scriptis expresso, eundem N. de quo nullus specialis tractatus præcessit, communiter eligerent, ipse N. esset canonice electus, & verus Papa secundum hanc electionis formam, quæ dicitur per inspirationem, seu, ut in sacris Canonibus scriptum est, quasi per inspirationem.

De compromisso. Secundum modus est per Compromissum, quando scilicet Cardinales ad electionem per hanc formam, seu viam procedere volentes, committerent aliquibus ex Patribus eligendi potestatem, ut vice omnium Ecclesiæ Catholicæ provideant de Pastore, cujus formæ praxis potest esse hujusmodi. Primo, omnes, & singuli Cardinales in Conclavi clauso præsentes, nemine eorum dissentiente, in aliquos ex Patribus com-

compromissum faciunt, exempli gratia in hanc formam. In nomine Domini Amen. Anno ab ejusdem &c. mense &c. die &c. Nos Episcopi, Presbyteri, & Diaconi S. R. E. Cardinales omnes, & singuli in Conclavi existentes, videlicet N. N. (& singillatim omnes nominentur Cardinales) elegimus, & eligimus per viam procedere Compromissi, & unanimiter, & concorditer, nemine discrepante, elegimus Compromissarios N. N, & N. Cardinales &c. quibus damus plenariam facultatem, & potestatem providendi S.R.E. de Pastore sub hac forma videlicet. (Hic optimum erit, ut Cardinales Compromittentes exprimant modum, & formam, secundum quam Compromissarii debent eligere, & secundum quam Electus debet censeri verus, & legitimus Papa, ut puta si electi sint tres Compromissarii, declarandum est, an ad hoc, ut electio sit valida, prius proponere debeant Sacro Collegio personam, vel personas ab ipsis nominandam, vel nominandas ad Pontificatum, an vero absolute debeant electionem peragere; an omnes tres debeant convenire in unam personam, an verò sufficiat, quod duo in unam concordent, & an debeant nominare aliquem de Collegio, vel etiam aliquam extra Collegium, & alia his similia.) His autem, vel aliis similibus expressis, addi compromisso solet tempus, ad quod usque volunt Cardinales, potestatem compromissarios habere eligendi, & postea subjunguntur hæc verba: Et promittimus nos illum pro Romano Pontifice habituros, quem DD. Compromissarii secundum formam prædictam duxerint eligendum, vel alia ad formam Compromissariis præscriptam accommodata.

Secundo, completo hujusmodi mandato, Compromissarii ad partem in aliquo loco separato se conferunt, & de electione facienda tractant, & solet inter eos præmitti protestatio, quod per quamcumque prolationem verborum suum dare consensum non intelligunt, nisi in scriptis illum expresse ponant. Et hæc protestatio videtur necessaria inter Compromissarios, ut verbis humanis, & reverentialibus inter se sine præjudicio uti possint.

Tertio, facta per Compromissarios electione secundum formam eis præscriptam, & servatis iis, quæ Gregorius XV in sua Constitutione jussit, Electus per hujusmodi viam compromissi est canonicus, & verus Papa.

Tertius modus, seu forma electionis Romani Pontificis est, quæ vocatur per scrutinium, vel per scrutinium & accessum. De scrutinio simplici, vel cum accessu,

ceſſum, cujus formæ Ritus ſecundum Gregorianam Conſtitutionem, quæ vult non ſolum ſcrutinium fieri ſecretum, ſed etiam acceſſum, continet tres actiones, alteram, quæ anteſcrutinium, alteram, quæ ſcrutinium, & tertiam, quæ poſt ſcrutinium appellari poteſt.

De Anteſcrutinio.

Anteſcrutinii actus ſunt quinque, videlicet, præparatio ſchedularum ſcrutinii, & acceſſus; Extractio Scrutatorum, & deputatorum pro votis infirmorum per ſortem; Scriptio ſchedularum ſcrutinii; Earum complicatio, & obſignatio.

Schedularum præparatio ad Magiſtros Cæremoniarum pertinet, qui eas impreſſas, ubi fieri poterit, alioquin unius manu ſcriptas ſecundum formam inferius deſcribendam accipient tam pro ſcrutinio, quam pro acceſſu, & ponent in duobus diſcis vulgo (bacili) nuncupatis, quos in menſa ante Altare collocabunt, ut inde poſſint Cardinales, cum opus fuerit, ſchedulas ſumere.

De forma Schedularum ſcrutinii.

Forma autem ſchedulæ ſcrutinii quoad ejus figuram attinet, erit altera parte longior, hoc eſt plus longa, quam lata; longitudo ejus erit fere palmi, latitudo autem dimidii palmi. Quo vero ad contenta in ea, in anteriori ejus parte, quæ brevitatis gratia facies nominari poteſt, tria continere debet: Primò in ſuperiori parte ſecundum ejus latitudinem, duo hæc verba (Ego Card.) cum tanta ad invicem diſtantia, ut inter ipſa nomen proprium Cardinalis eligentis ſcribi poſſit; & paulo inferius duos circulos parvos ad loca ſigillorum indicanda.

Secundo, in medio continere debet hæc verba:

Eligo in Summum Pontificem Reverendiſſimum Dominum meum D. Cardinalem.

De forma ſchedularum acceſſus.

Tertio, in parte inferiori, alios duos parvos circulos ad loca ſigillorum ſimiliter demonſtranda. Forma vero ſchedulæ acceſſus, eadem prorſus eſt, quæ ſcrutinii, niſi, quod in medio ejus, loco verborum (Eligo in Summum Pontificem Reverendiſſimum D. meum Card.) ponuntur hæc verba (Accedo Reverendiſſimo D. meo D. Cardinali) verum facilius, quæ dicta ſunt, percipiuntur ex infraſcriptis figuris, & exemplis.

EXEM-

EXEMPLUM FACIEI

Schedulæ Scrutinii.

	Ego Card.	
Eligo in Summum Pontificem R.^{m} D. meum D. Card.		

EXEMPLUM FACIEI

Schedulæ Acceſſus.

Ego Card.

Accedo Reverendiſs. D. meo
D. Card.

In exteriori autem parte Schedularum tam Scrutinii, quam Acceſſus, quæ tergum nominari poteſt, duo ſunt imprimendi limbi ex illis, quos ad ornatum librorum Impreſſores adhibent, & vulgari vocabulo, *Fregi*, nuncupant, quorum primum circa ſui medium continet hoc verbum, *Nomen*, impreſſum ſecundum longitudinem ipſius limbi; alterum vero continet hoc verbum, *Signa*, ſimiliter impreſſum, ut præcedens. Hi autem limbi excogitati ſunt ad obſcurandum diaphanum paginarum, ne ſcilicet ad lumen nomina, & ſigna eligentium conſpici poſſint, ubi vero Impreſſoris copia non fuerit, limborum defectus lineis ſuppleri poterit, Sed hæc fient clariora per infrapoſitam figuram tergi Schedularum Scrutinii, & Acceſſus.

EXEMPLUM TERGI

Schedularum Scrutinii, & Acceſſus.

Nomen,

Signa,

Secun-

Secundus actus antescrutinii est extractio Scrutatorum, & Deputatorum pro votis infirmorum, quæ extractio antequam ad Scrutinium procedatur sorte facienda est hoc modo. In uno sacculo, aut vase publice ponantur tot Schedulæ, vel si magis placet spherulæ ligneæ palam numeratæ, quot sunt Cardinales præsentes in Conclavi, cum eorum nominibus: deinde per ultimum Diaconum extrahantur primo Scrutatores tres, & postea tres Deputati pro votis infirmorum, qui brevitatis gratia Infirmarii appellari possunt, de quorum omnium officio inferius suo loco scribetur: quod si in extractione Scrutatorum, & Infirmariorum, ac etiam Recognitorum, de quibus suo loco dicetur, extracti fuerint Cardinales, qui ob infirmitatem, aliudve impedimentum muneribus prædictis satisfacere non possint, alii non impediti loco illorum extrahantur: Peracta vero extractione, Schedulæ, seu spherulæ eorum, qui extracti fuerunt, in sacculum, seu in vas iterum conjiciantur.

De scrutatoribus, & Infirmariis.

Tertius actus antescrutinii est Schedularum Scrutinii scriptio, quæ fiet hoc modo. Ad duas, vel plures parvas mensas, quæ erunt cum atramento, & calamis paratæ in loco Capellæ apto, ut qui scribunt conspici possint, quid vero scribitur, non possit, accedent Cardinales per ordinem, incipiendo a Decano, & ibi sedentes in scabellis paratis Schedulam quisque suam acceptam prius ex disco, scribet hoc modo. Primo in prima parte in spatio inter verba (Ego Card.) scribet proprium Nomen, deinde in secunda parte nomen illius, quem eligit, charactere tamen, quantum fieri potest alterato, ut manus scribentis cognosci non possit; & caveat, ne plures in Schedula scribat, quia suffragium juxta Gregorianam Constitutionem esset nullum. In tertia vero parte signa, hoc est numerum aliquem, & dictum aliquod Scripturæ, seu verbum, aut aliquod hujusmodi, ut in exemplo pro faciliori intelligentia oculis subjecto videre est,

Quomodo in schedula scribatur nomen eligentis, & Electi.

EXEMPLUM

Schedulæ Scrutinii ſcriptæ;

Ego Bonifacius Card. Caje-
tanus.

Eligo in Summum Pontificem R.^{m} D.
meum D. Card. Baronium.

18. Gloria in excelſis.

Ego Robertus Card. Bellarminus

Eligo in Summum Pontificem R.^{m} D. meum D. Card. Baronium.

18. Gloria in excelsis.

Nomen.
Signa.

Quar-

Quartus actus antescrutinii est schedularum complicatio, quæ ut expeditius peragi a Card. valeat, poterit a Cæremoniariis Magistris, cum eas præparant, fieri in hunc, qui sequitur modum. Binæ fient plicaturæ ex utraque parte ejusque schedulæ, ita ut nomen eligentis, & signa cum fuerint scripta, maneant tecta ex utraque parte a limbis, deinde quod reliquum est ita complicetur, ut schedula fere ad latitudinem pollicis redigatur, prout ex complicata schedula, quæ hic exempli gratia ponitur, conspici potest. *De complicatione schedulæ.* *Hic ponitur exemplum schedulæ complicatæ*

Cæterum Magistri Cæremoniarum schedulas, non complicatas ut supra, sed explicatas, & cum cera rubra in parvis circulis, ponent in discis, & Cardinales postquam eas, ut supra scripserint, eo usque solum plicabunt, quo nomen, & signa eligentis tegantur, reliquas autem plicaturas tunc facient, cum schedulas, ut infra dicetur, obsignaverint. *De obsignatione schedulæ.*

Quintus, & postremus actus antescrutinii est schedularum obsignatio, quæ ab unoquoque Cardinali facienda erit in tergo schedularum cum sigillo ad hoc parato, in loco parvorum circulorum ubi cera fuerit posita. Porro sigillum non debet esse solitum Cardinalis, sed aliud, & secrete habitum, & ita simplex, ut facile notari possit, veluti, si in sigillo sculpantur aut tres numeri, aut tres litteræ, & numeri, vel una tantum imago: & hæc de antescrutinio sufficiant. Cæterum, quod attinet ad Cardinales infirmos, aut aliter impeditos, inferius loco suo dicetur.

Sequitur secunda actio, quæ nomine scrutinii appellata fuit. Octo sunt hujus actionis actus, videlicet: Delatio schedulæ, Juramenti præstatio, positio schedulæ in calicem, schedularum mixtio, earum numeratio, scrutinii publicatio, schedularum in filum insertio, earum depositio seorsum. *De scrutinio, & ejus actibus.*

Delatio schedulæ, & duo sequentes actus, qui melius simul describuntur ob eorum connexitatem, hoc modo fient. Quilibet Cardinalis propriam schedulam postquam illam scripserit, obsignaverit, & complicaverit, duobus primis digitis sumet, ac elevata manu palam deferet ad Altare, penes quod stant Scrutatores, & in quo est Calix magnus ad recipiendas schedulas paratus, & patena coopertus, ibique genuflectens, aliquantulum orabit, deinde surgens, alta & intelligibili voce jurabit in hanc formam, quæ in tabella super Altari posita descripta habetur. TESTOR CHRISTUM DOMINUM, QUI ME JUDICATU- *De delatione schedulæ in Calicem, & juramento.*

RUS EST, ME ELIGERE QUEM SECUNDUM DEUM JUDICO ELIGI DEBERE, ET QUOD IDEM IN ACCESSU PRÆSTABO. Post hæc schedulam in patenam ponet, & patenam mittit in Calicem, quo facto inclinabit se ad Altare, & ad suum locum revertetur. Et hæc servanda erunt, si Cardinalis ad Altare pergere possit: nam si ob infirmam valetudinem non possit, & præsens in Capella sit, ultimus Scrutator discum cum schedulis ad eum defert, ex quo Cardinalis infirmus unam accipiens, eam in loco suo secreta, ut supra dictum est, conficiat; deinde prævio juramento prædicto schedulam obsignatam, & complicatam eidem Scrutatori tradet, qui eam palam defert ad Altare, & sine oratione, & juramento in patenam ponet, & per eam in Calicem mittet; quæ omnia observanda erunt per ultimum Scrutatorem erga eos Cardinales, qui in Capella præsentes ob valetudinem ad Altare pergere non poterunt. Si vero aliqui Cardinales infirmi sint in suis cellis, tres Card. Infirmarii, ut supra extracti, ad eos accedent cum capsula altitudine unius palmi, in cujus superiori parte sit rima, seu foramen, ejus magnitudinis, ut per illud schedula complicata possit per suam latitudinem intus capsulam transmitti, quam capsulam antequam Scrutatores Infirmariis tradant, palam aperient, ut cæteri Cardinales possint eam inanem, & vacuam conspicere, deinde claudent, & clavem ponent super Altare; deinde Infirmarii cum capsula clausa, & cum parvo disco tot schedulas continentes, quot sunt infirmi Cardinales, ad unumquemque eorum accedent; & Infirmi acceptas ex disco schedulas, secrete scribent, obsignabunt, & complicabunt, & prævio jam dicto juramento in capsulam per rimam mittent; quodsi Infirmi scribere non possint, alii eorum arbitrio deligendi, præstito de secreto servando in manibus Infirmariorum juramento prædicta facient: atque hi advertere debent, quod non solum juramenti vinculo tenentur servare secretum, sed etiam in excommunicationem latæ sententiæ, si contrafecerint, incurrent. His peractis Infirmarii ad Capellam revertentur cum capsula, quam Scrutatores aperient, & schedulas in ea contentas palam numerabunt: & tot repertas, quot sunt infirmi, ponent singillatim in patenam, & per patenam simul omnes in Calicem. Ne autem nimis in longum protrahatur scrutinii actio, Infirmarii poterunt proprias schedulas post Decanum conficere, & Calicem pone-

De impeditis ob valetudinem.

De Infirmis.

Monitio.

re;

ra, deinde dum cæteri Cardinales Scrutinium agunt, ad infirmos pergere, ad accipienda eorum suffragia eo modo, quo proxime ante dictum est.

De mixtione schedularum.

Quartus actus Scrutinii est schedularum permixtio, quæ fiet per primum Scrutatorem, Calice, in quo ipsæ schedulæ positæ fuerunt, patena cooperto, pluries agitato.

De numeratione schedularum.

Quintus actus est numeratio schedularum, quæ palam fiet per ultimum Scrutatorem, capiendo singillatim unamquamque schedulam ex Calice, eamque ponendo in alium, qui ad hoc paratus sit, Calicem vacuum. Quodsi numerus schedularum non respondeat numero Card. omnes comburendæ sunt, & iterum, idest secunda vice, ad suffragia statim est deveniendum: Si vero numerus schedularum numero Card. respondeat, prosequendi sunt alii actus scrutinii.

De publicatione scrutinii.

Sextus actus est publicatio Scrutinii, quæ fit per Scrutatores, qui sedent ad mensam ante Altare positam, fiet hoc modo. Primus Scrutator accipiet unam schedulam, eamque intactis sigillis explicabit, & viso in ea schedula electi nomine, eam tradet secundo Scrutatori, qui pariter, eodem electi nomine perspecto, eandem tradet tertio, qui illam alta, & intelligibili voce perleget, ut omnes Cardinales præsentes notare possint suffragium in folio impresso, quod penes se habebunt cum nominibus omnium Card. notabit autem juxta nomen Card. ex schedula recitati: Idem faciendum erit de cæteris schedulis in Calice positis, usque ad ultimam. Quod si in Scrutinii publicatione inveniant Scrutatores duas schedulas ita complicatas, ut ab uno tantum datas fuisse appareat, siquidem unus, & idem in utraque electus fuerit, schedulæ prædictæ habebuntur, & notabuntur pro uno suffragio, si vero diversi fuerint nominati, neutrum suffragium validum erit, prout in Bulla Gregoriana statuitur de illa schedula, in qua plures nominati sunt; Scrutinium tamen neutro casu vitiatur. Cæterum suffragia prædicta, finita scrutinii publicatione, poterunt a Patribus juxta nomina Cardinalium, qui ea obtinuerunt, in unam summam redigi, vel in separato folio notari, hoc modo: Reverendissimus D. Cardinalis A. habet suffragia 20, & Reverendissimus D. Cardinalis B. habet suffragia 15, & sic de aliis; quod fit ne Cardinales cum opus est, cogantur semper numerare suffragia, quæ juxta nomina Cardinalium notarunt.

Septimus actus Scrutinii est schedularum in filum insertio,

De schedularum in filum insertione.

tio, quæ ut schedulæ ipsæ cautius conservari possint excogitata fuit. Hæc autem insertio fiet per ultimum Scrutatorem, inserendo schedulam unamquamque postquam eam perlegerit, aut cum filo ad hunc effectum parato, in loco, ubi est verbum, ELIGO.

Octavus, & postremus Scrutinii actus est deposito schedularum seorsum, quæ similiter fiet per ultimum Scrutatorem, qui finita insertione omnium schedularum in filum, capita fili nodo junget, & schedulas omnes ita colligatas in alium Calicem vacuum, vel in mensa seorsum ponet.

De postscrutinio, & ejus actibus.

Sequitur tertia, & postrema actio, quæ postscrutinium appellata fuit, cujus actus, si secuta sit electio per scrutinium, tres tantum sunt, videlicet Numeratio schedularum, recognitio suffragiorum, & schedularum combustio, de quibus inferius suis locis dicetur. Si vero per Scrutinium non sit secuta electio, actus sunt septem, videlicet: Accessus, Sigillorum, & signorum apertio, Eorum adnotatio; Suffragiorum examen; Suffragiorum scrutinii, vel scrutinii, & accessus numeratio, eorum recognitio; Et schedularum combustio.

De Accessu.

Primus itaque actus est Accessus, qui immediate post scrutinium, hoc est, post depositas seorsum scrutinii schedulas fiet, nisi forte in scrutinio fuerit creatus Papa; tunc enim nullus fieri debet accessus, in quo quidem accessu eadem omnia servanda sunt a Cardinalibus, quæ dicta sunt servari debere in scrutinio peragendo, tam in schedularum scriptione, obsignatione, complicatione, delatione, & positione in calicem, quam in earum numeratione, publicatione, notatione suffragiorum, & insertione in filum, ac depositione seorsum, exceptis tamen infrascriptis. Primo, quod Cardinales, schedulas pro accessu sumere debent ex disco schedularum accessus. Secundo in schedularum accessus scriptione si Cardinalis nemini velit accedere, debet in media schedulæ parte, loco nominis Cardinalis, qui scribendus esset si ad eum fieret accessus, scribere, Nemini. Schedulæ autem accessus scribi, & obsignari debet cum eisdem sigillis, & signis schedulæ scrutinii sub pœna nullitatis suffragii ipsius accessus. Tertio, quod non potest accessus fieri ad eum Cardinalem, qui in scrutinio saltem unum suffragium non obtinuerit, neque ad eum, qui ab ipsomet Cardinali fuit in scrutinio nominatus. Quarto, quamvis in accessu non liceat plures nominare, sicut non licet in scrutinio plures

Differentia Shedularum accessus, & scrutinii.

res

Google

tus eligere sub pœna nullitatis suffragii, tam in accessu, quam in Scrutinio, nihilominus licebit accedere uni ex pluribus nulliter a se nominatis in scrutinio, dummodo ei ab alio aliquod suffragium, non tamen nulliter, ut præfertur, in ipso scrutinio datum fuerit. Quinto, quo in accessu non præstatur juramentum, de quo supra, quia in scrutinio fuit jam præstitum per illa verba; (Et quod idem in accessu præstabo). Sexto, denique Infirmarii deferre debent ad infirmos schedulas accessus, & simul etiam unum folium impressum, in quo sit notatus suffragiorum numerus palam recognitus, quæ quisque Card. in scrutinio nominatus obtinuerit.

De inspectione, apertione, & collatione, seu annotatione schedularum.

Secundus, tertius, & quartus actus postscrutinii sunt Sigillorum, & Signorum apertio, eorum adnotatio, & Suffragiorum examen, qui tunc solum locum habere possunt, quando secuta est electio per scrutinium, & accessum: fieri autem debent hoc modo.

Primus Scrutator schedulas accessuum, quos obtinuit electus, in ea parte solum, quæ signa continet, aperiet, & inspectis diligenter earum sigillis, & signis, apertas, ac in filo, ut erant, insertas, tradet secundo Scrutatori, & secundus, eadem inspectione facta, porriget tertio, qui alta, & intelligibili voce sigilla, & signa prædictarum Schedularum enunciabit, & adnotabit in latere sinistro folii impressi, ad hunc effectum parati, sub verbis (Sigilla, & Signa accessuum) quam etiam adnotationem facient cæteri Cardinales, si voluerint, in simili folio impresso.

De examine suffragiorum.

Deinde primus Scrutator reliquis Scrutatoribus inspicientibus, pro accessuum prædictorum examine capiet schedulas scrutinii, & incipiens ab uno capite fili, in quo insertæ sunt, sigillum primæ ejus schedulæ quæret in sigillis accessuum notatis, ut supra in folio impresso, & si illud in eo non invenerit, omissa prima scrutinii schedula, capiet secundam, ejusque sigillum similiter quæret: quod si etiam non invenerit, capiet tertiam, & deinde sequentes sigillatim, donec sigillum alicujus earum inveniat, eoque invento, scrutinii schedulam in ea parte, ubi signa sunt, aperiet, & si non invenerit signa bujus schedulæ concordare cum signis accessus, schedulam illam omittet, & aliam capiet, sicut paulo ante de schedulis non concordantibus in sigillo dictum est: si vero invenerit signa côncordare, ostendet illa secundo, & tertio Scrutatoribus, qui una cum ipsis, post

di-

diligens examen super identitate sigillorum, & signorum ambarum schedularum, scrutinii scilicet, & accessus, inspiciet, an idem, vel diversi in utraque schedula sint nominati, & si idem nominatus sit, suffragium accessus nullum censebitur, si vero diversi nominati sunt, suffragium accessus pro valido habebitur & hoc casu tertius Scrutator sigillum, & signa schedulæ scrutinii, ac etiam nomen electi, qui in ea continetur, alta, & intelligibili voce enunciabit, & adnotabit in latere dextero prædicti folii impressi, sub verbis (Sigilla, & signa scrutinii respondentia accessibus), notabit autem ea exadverso accessus concordantis in sigillo, & signis; quam adnotationem cæteri quoque Cardinales, si voluerint, in simili folio impresso facient.

Sed hujusmodi actus, qui explicatione difficiliores sunt, quam operatione, exemplo melius percipientur.

EXEMPLUM

Folii impressi, in quo Accessus, & Scrutinii Sigilla, ac Signa concordantia adnotantur.

	Sigilla, & Signa Accessuum.	*Sigilla, Signa Scrutinii Accessibus respondentia.*	*Cardinales nominati in Scrutinio.*
Literæ	ACD. 43 Deus.		
Alphabeti	BRE. 32 Bonitas.	BRE. 32 Bonitas.	Card. S. Eusebii.
indicant	RGI. 50 Beatitudo.	RGI. 50 Beatitudo.	Card. S. Sixti.
Sigillum.	N.S.P. 26 Gloria.		

Monitio ad Scrutatores. Quod si fortasse in ista inquisitione contingat duas, vel plures schedulas scrutinii reperiri cum eisdem sigillis, & signis alicujus schedulæ accessus, tunc si in earum aliqua alectus nominatos fuerit, in alia vero alius, primus Scrutator reliquis Scrutatoribus similiter inspicientibus, scrutinii schedulas hujusmodi, & schedulam accessus, in ea etiam parte, in qua est nomen eligentis, & accedentis, aperiet, ut

ut constare possit secundum Gregorianam Constitutionem de validitate, vel invaliditate accessus, si vero in aliqua hujusmodi schedularum scrutinii concordantium cum accessu non sit nominatus electus, debent eæ schedulæ omitti, & ad subsequentes procedendum erit.

Quintus actus postscrutinii est numeratio suffragiorum, vel Scrutinii solius, vel Scrutinii & accessus, quæ fiet per Scrutatores semper, sive secuta sit electio, sive non: & si quidem secuta non sit electio, ut sciatur, quod in eo Scrutinio, vel Scrutinio & accessu, non habetur Papa, si vero secuta sit, ut constet de canonica Pontificis Electione; fiet autem hæc numeratio suffragiorum hoc modo. Scrutatores in unam summam redigent suffragia, quæ quilibet nominatus in Pontificem obtinuit, sive in Scrutinio solo, sive in Scrutinio & accessu simul, & si invenerint nullum ex nominatis ad duas tertias partes suffragiorum pervenisse, non habetur Papa in illo Scrutinio, sive Scrutinio & accessu; Si vero invenerint aliquem ex nominatis duas tantum partes suffragiorum obtinuisse, aperient electi schedulam, etiam in ea parte, in qua est nomen eligentis; & si quidem ex ea apparuerit electum alii suffragatum fuisse, electio ejus erit canonica; si vero constiterit sibi suffragium dedisse, ejus electio ex dispositione Gregorianæ Constitutionis nulla erit ob defectum unius suffragii. Si denique plures invenerint duas tertias partes suffragiorum obtinuisse, vel etiam ultra duas tertias, tunc in suffragiorum paritate nullus erit electus; in disparitate vero ille est canonicus Papa, qui superat alium, etiam in uno suffragio. De numeratione suffragiorum.

Sextus actus postscrutinii est recognitio, quæ per Recognitores, sive secuta sit electio, sive non, fiet; inspiciendo tam schedulas Scrutinii & accessus, quam suffragiorum adnotationes factas per Scrutatores, ut per hujusmodi recognitionem constare possit, an Scrutatores sincere, & fideliter muneri suo satisfecerint. Recognitores autem extrahentur sorte, ut Scrutatores, & Infirmarii, statim quidem post scrutinium, & accessum, cum scilicet Scrutatores suum impleverint munus per numerationem suffragiorum, & hæc extractio fiet, sive secuta sit electio in Scrutinio, & accessu, sive non. De recognitione, & recognitorum extractione.

Septimus, & postremus actus postscrutinii est combustio omnium schedularum, quæ semper, & palam per Scrutatores fiet, ac statim post recognitionem, sive electio sit secu- De combustione schedularum.

ta,

ta, sive non. Et hæc omnia, quæ de Scrutinii ritibus sunt exposita, servanda erunt diligenter a Cardinalibus in omnibus Scrutiniis, sive fiant mane post Missam, sive vespere post Hymnum (*Veni Creator Spiritus*.) Atque hi sunt Ritus ex præscripio Constitutionis Gregorii PP. XV, in Electione Romani Pontificis observandi.

Litteræ Gregorii PP. XV confirmatoriæ cæremonialis.

Motu itaque proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula in prædicto Cæremoniali ordinata, & quomodolibet contenta, tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque omnibus, & singulis perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, eaque a Ven. Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, omnibusque, & singulis aliis, ad quos spectat, & spectare quomodolibet poterit in futurum, omnino observari præcipimus, & mandamus, ac Cæremoniale hujusmodi in totum, vel in parte mutari, vel ei aliquid addi prohibemus. Decernentes sic, & non aliter per quoscumque, ac eosdem S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere. Non obstantibus omnibus illis, quæ in primo d. Constitutione voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, adjectionis, præcepti, mandati, prohibitionis, & decreti infringese, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo primo, quarto Idus Martii, Pontificatus Nostri Anno II.

V. Dat.

Jo: Beninus.

N. Odot.

Anno a Nativitate Domini nostri JESU CRISTI *millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, Indictione quinta, die vero secunda mensis Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D.* GREGORII *Divina Pro-*

vi-

pidentia PAPÆ XV, *Anno ejus secundo, introscriptæ Litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateran., Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis ibidem earundem litterarum originalibus appensis per aliquod temporis spatium, & exinde amotis, deinde dimissis earundem litterarum copiis, affixis, ut moris est, per nos Augustinum Bracherium, & Brandimartem Latinum SS. D. N.* PAPÆ *Cursores.*

Octavius Spada Magister Cursorum.

SAN-

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI DOMINI

URBANI

DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ VIII.

Confirmatio Bullæ Gregorii XV de Electione Romani Pontificis, & Cæremonialis continentis illius Ritus.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

AD ROMANI PONTIFICIS providentiam spectare dignoscitur, ut ea, quæ salubriter a prædecessoribus suis, præsertim Sedis Apostolicæ, & universalis Ecclesiæ decori, & utilitati conducentia statuta sunt, firma, & inconcussa quantum ex alto conceditur perseverent. Cum igitur formam in ejusdem Pontificis electione servandam Sacrorum Conciliorum decretis, & variis Apostolicis Constitutionibus sæpius præscriptam fel. record. Gregorius Papa XV prædecessor noster pastorali sollicitudine permotus, ut res tanti ponderis postulabat perfectius dirigendam duxerit, Constitutione desuper edita, cujus tenor est talis. GREGORIUS EPISCOPUS — Servus Servorum Dei — *Ad perpetuam rei memoriam.* — Æterni Patris Filius, Magister, & Legislator Christus Dominus, cujus omnis actio nostra est instructio, licet portaret omnia verbo virtutis suæ, nec esset quicquam absconditum ab oculis ejus, tamen priusquam ad Apostolatus munus duodecim Apostolos eligeret, & nominaret, quod alias unquam fecisse in scripturis non legimus, pernoctare

vo-

voluit in oratione Dei, & antequam B. Petro ovium suarum curam committeret, tertium repetita interrogatione, trinam extare æterni amoris ejus professionem, Nos scilicet erudiens quanta diligentia, cautione, & cura in omnium Pastorum electione adniti debeamus, ut boni eligantur, & fideles, præsertim vero in B. Petri Successoris, qui Orbis est lumen, Doctor gentium, & Pastor Pastorum. Quapropter satis etiam admonemur nihil eorum, quæ ad electionis Romani Pontificis negocium cautius, & melius transigendum conducunt omitti debere: salus enim non unius membri, sed totius corporis agitur, cum de capite consulitur. Igitur, & si diversis fel. record. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & SS. Patrum decretis salubriter provisum est, ut ejus electio rite, & recte peragatur, & in ea non caro, & sanguis, aut humana sapientia, quæ stultitia est apud Deum domnetur, sed Spiritus Sancti gratia omnia dirigantur, & gubernentur: nihilominus, ut dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam, experientia compertum est, salubriori remedio locum non deesse. Nos igitur quos posuit Dominus, licet nullis suffragantibus meritis, regere Ecclesiam suam, ne in extremo die prætermissi officii in re tanti momenti a Nobis ratio a districto Judice exigatur, quod multorum etiam votis, & postulationibus multum expetitum est, Sancti Spiritus adspirante gratia, faciendum decrevimus; matura itaque cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus deliberatione habita, de eorundem Fratrum consilio pariter, & assensu, hac nostra perpetuo valitura Constitutione, statuimus, decernimus, & declaramus, in posterum electionem Romani Pontificis fieri aliter non posse, quam in Conclavi, & eo clauso, ac post celebratum in eo prima die Sacrosanctum Missæ solitum Sacrificium, cui Cardinales interesse, & in eo communicare consueverunt, ac per secreta Schedularum suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclavi præsentium, præterquam si omnes, & singuli Cardinales similiter in Conclavi præsentes, nemine dissentiente, aliquibus ex eorundem Collegio Cardinalium committerent eligendi potestatem, ut vice omnium Ecclesiæ Catholicæ providerent de Pastore, aut nisi communiter ab omnibus, & singulis Cardinalibus, qui itidem in Conclavi præsentes erunt, nemine pariter dissentiente, quasi per inspirationem, nullo præcedente de persona speciali tractatu, per

verbum *Eligo*, intelligibili voce prolatum, aut scripto, si voce fieri non potuerit, expressum, fuerit celebrata. Numerum autem Suffragiorum duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclavi præsentium, ut electio per viam Scrutinii, aut Scrutinii, & accessus valida sit, decernimus, & declaramus ita esse censendum, ut in duabus tertiis partibus suffragium Electi non numeretur, nec quisquam sive Scrutinii, sive Scrutinii, & accessus, sive Compromissi via procedatur, seipsum eligere, seu Suffragium sibi dare ullatenus possit: Electi tamen persona, si in Conclavi sit, debeat in numerum Cardinalium computari. Rursus nemo per viam Scrutinii, seu Scrutinii, & accessus habeatur pro Electo, nisi publicatis omnibus Suffragiis, & electi, si numerum tantummodo duarum ex tribus partibus habuisse compertum sit, etiam Schedulis apertis. At si contingat plures in Schedulis nominatos, duas tertias partes Suffragiorum tulisse, in Suffragiorum paritate neuter sit electus, in imparitate vero, qui numero Suffragiorum superior erit, dummodo duas tertias partes, etiam in uno Suffragio excedat, electus censeatur. Insuper in unoquoque Scrutinio antequam Schedula in Calicem mittatur a quolibet Cardinali juramentum alta, & intelligibili voce fiat his verbis: *Testor Christum Dominum, qui me judicaturus est, me eligere quem secundum Deum judico eligi debere, quod idem in accessu præstabo*. Et hoc juramentum a nullo omittatur. Suffragiorum autem Schedulæ hujusmodi tam Scrutinii, quam accessus, ubi fieri poterit, impressæ omnino esse debeant, ubi non poterit, unius tantum manu scriptæ sint, ita videlicet, ut tam impressæ, quam ita scriptæ, ea omnia, quæ in Schedulis hujusmodi exprimi solent, contineant, præter sola nomina, seu denominationes eligentis, & electi, & infrascripta signa, quæ omnia manu ejusdem eligentis scribantur: & nomen quidem eligentis in prima parte Schedulæ, electi vero in sequenti, & rursus electi quantum fieri poterit charactere alterato, ita ut cognosci non possit: eaque Schedulæ pars in qua erit eligentis nomen claudatur, ac sigillo ad hoc parato, ac secrete habito, non autem eo quo quisque uti solet obsignetur. Ut autem videri possit, ne qui alicui accessit, eidem in Scrutinio Suffragium dederit, Schedulæ omnes duobus aliis signis in ultima parte signentur, numero nempe aliquo, & brevi dicto Sacræ Scripturæ, vel alio hujusmodi; quæ signa in utraque Schedula tam Scrutinii, quam acces-

accessus eadem sint. Postea vero pars illa Schedulæ, ubi hæc signa erunt, etiam complicetur, & obsignetur, ne a Scrutatoribus videri possit, nisi postquam fuerit per Scrutinium, & Accessum electio perfecta, quo casu Schedulæ Accessus a Scrutatoribus ea in parte, ubi duo prædicta sunt signa, aperiantur, iisque inspectis, & earum sigillis, aliæ Schedulæ cum iisdem signis notatæ, & in Scrutinio datæ reperiantur, ut videlicet an duo hæc signa, & sigillum eadem sint cognoscatur, & inde duo suffragia ab eodem Cardinali uni data non fuisse appareat. At si inter Schedulas Scrutinii nulla repetietur iisdem signis notata, quibus Schedula Accessus signata erit, aut si quis eidem accesserit, quem in Scrutinio nominaverit, utroque casu suffragium accessus nullum sit. Subscriptio autem, seu nomen eligentis resignari non possit, nisi contingat, ut sigillum, & alia duo prædicta signa sint eadem cum signis, & sigillo alicujus alterius Cardinalis, aut alia difficultate cogente. Quod autem attinet ad nomen electi, illud eo modo a Cardinalibus scribatur, quomodo in folio impresso, ubi in Conclavi notari suffragia solent. Præterea, ut secrem cautius consulatur, Schedulæ suffragiorum conficiantur una, seu pluribus in mensis, in media Capella constitutis, ita a Cardinalibus remotis, & circumseptis, ut quid scribatur ab aliis videri non possit. Si quis vero ad mensam accedere impeditus valetudine non poterit, suffragium suum in loco suo secrete conficere debeat, & ad illud accipiendum ultimus Scrutatorum accedat. Et ut accessus secrete etiam peragatur, Scrutinio publicato, si electio per consensum duarum partium in eo non fuerit celebrata, statim antequam ad alios actus deveniatur, Cardinales Schedulam pro accessu formatam prædictis in mensis conficere, sicut in Scrutinio, teneantur. Porro usus Schedularum pro accessu talis erit. Qui accedere alicui ex nominatis in Scrutinio voluerit, ejus nomen scribet, qui vero noluerit, ac cognosci possit eum nulli accedere, in loco nominis scribat *Nemini*. Nulli autem tam in Schedula Scrutinii, quam accessus plures nominare liceat, alioquin suffragium in quo plures fuerint nominati nullum sit: accedere tamen uni ex nominatis a se in dicta Schedula, vel alii, dummodo aliquod aliud suffragium in eodem Scrutinio tulerit, non prohibeatur, & in numerum Cardinalium in Conclavi præsentium numeretur. Neque in quolibet Scrutinio, nisi semel accedere liceat, neque per acces-

ſum ab alterius nominatione, in Scrutinii Schedula facta, recedi decernimus, & declaramus. Inſuper antequam Schedulæ, ſive Scrutinii, ſive Acceſſus a Scrutatoribus aperiantur, omnes ab iis diligentiſſime palam numerentur, & ſi plures repertæ fuerint, quam ſint Cardinales in Conclavi præſentes, omnes comburantur, & iterum ad ſuffragia ſtatim deveniatur. Si quis autem aliquid ex ſupra expreſſis non ſervaverit, aut quomodocumque directe, vel indirecte in aliquo contravenerit, ſententiam excomunicationis ipſo facto incurrat. Præterea ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi aliquem infirmitas impediverit ad Scrutinium venire, ad eum adire debeant tres Cardinales, ſorte ante Scrutinium, ut infra, ad hanc rem ex omnibus Cardinalibus per ultimum Diaconum extracti, cum capſula perforata, ſed tamen, & palam a Scrutatoribus clauſa, cujus clavis ſuper Altare remaneat, & Schedulam impreſſam illi deferre, ipſeque illam ſicut alii Cardinales, prævio juramento ſupraſcripto, ſecrete conficere teneatur; deinde in capſulam conjiciat, eaque per eoſdem Cardinales relata, & aperta, in Calicem Schedula mittatur. Publicato deinde Scrutinio, ſi acceſſus agendus erit, ut etiam infirmi accedere poſſint, unum ex foliis in quibus nomina Cardinalium, & ſuffragiorum numerus notatur a tribus Cardinalibus prædictis ſumatur, & palam recognito numero ſuffragiorum, quæ quiſque in Scrutinio tulerit, ad infirmum una cum alia impreſſa Schedula pro acceſſu parata, & cum eadem capſula ab iis deferatur. Infirmus vero alicui accedere, vel nemini accedere, debeat, omniaque, & ſingula ſerventur, quæ de Scrutinii Schedula ſupra ordinata ſunt, ſub eadem excomunicationis latæ ſententiæ pœna. At ſi quis ſcribere valetudine impediatur, per alium prævio juramento ab eo qui ſcribet præſtando, de ſervando ſecreto, quod ſub eadem excomunicationis pœna ſervari mandamus, ſcribere libere poſſit. Ad hæc Scrutatores, ſicut & tres alii Cardinales, qui ad Infirmorum ſuffragia deferenda proficiſcentur, ex omnibus Cardinalibus præſentibus in Conclavi, nulla ordinis ſervata diſtinctione, ſorte, immediate ante quodlibet Scrutinium per ultimum Diaconum extrahantur, & qui ſemel extracti fuerint, in vas iterum injiciantur, alioquin ſi quis contrafecerit, ſicut ſi Scrutatores, vel Recognitores aliquid ſecreti in exercendo ſuo officio cognoverint, & illud revelaverint, eandem latæ ſententiæ excomunicationem incurrant. Finito Scru-

tinio,

Google

tinio, & accessu, sive electio sequuta sit, sive non sit, tres alii Cardinales, sorte pariter, ut supra extrahendi, Schedulas omnes recognoscere debeant, sigillo tamen, & duobus aliis signis, si aperta non fuerint, intactis remanentibus. Quæ omnes, & singulæ Schedulæ, sive sequuta, sive non sequuta electione, postmodum statim palam comburantur. Similiter ne electio protrahatur statuimus, & ordinamus, ut sub simili excomunicationis pœna, eo ipso incurrenda, Scrutinium bis singulis diebus peragatur, ita ut etiam perficiatur, mane scilicet post solitam Missam, & prima quidem die tantum post Cardinalium sacram peractam Communionem, & pomeridiano tempore hora opportuna, post Hymnum *Veni Creator Spiritus*, & Orationem de Spiritu Sancto: idemque si Compromissi via eligatur observari debeat, atque ad Scrutinium cum tertium pulsata per loca solita Conclavis campanula de more fuerit, omnes & singuli Cardinales convenire debeant, valetudine non impediti, sub eadem excomunicationis latæ sententiæ pœna. Cardinales præterea omnino abstineant ab omnibus pactionibus, conventionibus, promissionibus, intendimentis, condictis, fœderibus, aliisque quibuscumque obligationibus, minis, signis, contrasignis suffragiorum, seu Schedularum, aut aliis tam verbo, quam scripto, aut quomodocumque dandis, aut petendis, tam respectu inclusionis, quam exclusionis, tam unius personæ, quam plurium, aut certi generis, veluti creaturarum, aut hujusmodi, seu de suffragio dando, vel non dando, quæ omnia, & singula, si de facto intervenerint, etiam juramento adjecto, nulla, & irrita, neque ad eorum observantiam quemquam teneri, aut ex transgressione notam incurrere fidei non servatæ decernimus, & declaramus, contrafacientes ex nunc excomunicationis pœna innodamus; tractatus tamen pro electione habendos vetare non intelligimus. Quod si electio hujusmodi alibi celebrata fuerit, quam in Conclavi clauso, vel aliter, quam per secreta Schedularum suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclavi præsentium in Scrutinio, seu Scrutinio, & accessu, electi suffragio non computato, vel per viam Compromissi, ab omnibus Cardinalibus similiter in Conclavi præsentibus, nemine dissentiente initi, & ita ut nemo seipsum elegerit: vel quasi per inspirationem nullo præcedente de persona speciali tractatu, omnium pariter Cardinalium præsentium in Conclavi, communiter, nemine itidem dissentiente, per verbum *Eligo*, intel-

telligibili voce prolatum, aut scripto, si voce non potuerit expressum, nulla sit, & invalida eo ipso, absque ulla declaratione, & ita electo nullum jus tribuat: quinimo is non Apostolicus, sed Apostaticus sit, & habeatur, & tam ipse, quam eligentes, ejusque fautores, & complices sententiam excomunicationis, & anathema, aliasque censuras, & pœnas invasoribus Sedis Apostolicæ a Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis impositas, pariter ipso facto incurrant, a qua sicut ab alia quacunque in hac Constitutione imposita, & irrogata, seu infra imponenda, & irroganda pœna excomunicationis tam ipsi, quam quilibet alius, sive S. R. E. Card. sive alia persona cujuscumque gradus, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ, a nullo, neque etiam a Majori Pœnitentiario, cujuscumque facultatis vigore, præterquam a Rom. Pontifice, nisi in mortis articulo absolvi possit, & tam ipse, ejusque complices, & fautores, quam alii quicumque etiam S. R. E. Cardinales hujus Constitutionis in aliquo transgressores aliis gravissimis pœnis teneantur, futuri Pontificis canonice intrantis arbitrio irrogandis. Postremo statuimus, & districte præcipiendo mandamus, ut S. R. E. Cardinales quæcumque secretum violare quomodolibet poterunt, omnia evitare, & cavere omnino teneantur, cum intentio, & mens nostra sit electionis hujusmodi tam sanctum negocium, si fiat per Scrutinium, seu Scrutinium, & Accessum, ut præfertur, secretissime transigatur, ac proinde iisdem omnibus, & singulis S. R. E. Card., & eorum Sacro Collegio inhibemus, ne contra hæc, vel horum aliquod statuere, disponere, vel ordinare, seu in aliquo corrigere, alterare, mutare, seu aliquo modo facere, tractare, moliri, vel attentare præsumant quovis prætextu, causa, vel exquisito colore sub eadem excomunicationis pœna ipso facto incurrenda. Ut autem hujusmodi nostra Constitutio inviolabilius observetur, tres Cardinales, qui singulis diebus Congregationibus agendis præpositi sunt, & cum iis S. R. E. Camerarius illam in omnibus, & per omnia observari procurent, & faciant. Volumus etiam, & decernimus, censurarum, & excomunicationum prædictarum, & aliarum quarumcumque prætextu, vel causa Cardinales a Summi Pont. electione activa, & passiva excludi nullo modo posse, quas quidem censuras, & excomunicationes ad effectum hujusmodi electionis tantum; illis alias in suo robore permansuris, suspendimus: decernentes easdem excomunicationes, & censuras

nitas eos solum afficere, qui deliquerint, non autem alios Conclavi durante, qui cum iis conversati fuerunt. Cæterum, etsi opus non esse in Domino confidimus, tamen pro officii nostri debito, & rei de qua agitur gravitate, admonemus, hortamur, & in Domino obsecramus S. R. E. Cardinales, ut attente considerent personæ, quæ sustinent, officium, & dignitatem, quam sacrum præterea, & quanti momenti sit opus, quod tractant, & nihil, quod se non deceat, nihil a re alienum committant, sed cogitent, quam perniciosum futurum sit universæ Ecclesiæ Christi Sanguine acquisitæ, si male administretur, ac proinde exuant omnes mundanas curas, & induant solum Dominum Nostrum Jesum Christum, memores nihil prodesse homini si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur. Denique animum advertant se in Conclavi clausos editissima in specula constitutos esse, & factos spectaculum Deo, & hominibus, a Domino, cujus negotium gerunt, supplicii, vel gloriæ sempiternæ retributionem citissime laturos. Non obstan. quatenus opus sit fel. record. Alexandri Papæ III præd. nostri in Concilio Lateranen. edita, quæ incipit: *Licet de vitanda*, & aliorum Rom. Pont. prædecessorum, & in Conciliis Generalibus promulgatis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in corpore juris clausis, quibus omnibus, & singulis quatenus pariter opus sit, eorum omnium, & singulorum tenores, perinde, ac si ad verbum exprimerentur pro expressis, & insertis habentes, pro hac vice dumtaxat, illis alias in suo robore permansuris, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus quoque præsentes nostras coram omnibus in prima Congregatione post obitum Pontificis fieri solita, & deinde post Conclavis ingressum, & cum quis ad Cardinalatus honorem promotus fuerit cum aliis similibus Constitutionibus legi, & juramentum super illius observatione præstari, & ita præcipimus, & mandamus. Quibus Constitutionibus, & pœnis in eis contentis, nisi in superius expressis per hanc nostram derogare non intendimus, sed eas in sui roboris firmitate relinquere, sperantes etiam, quod Rom. Pont. qui pro tempore canonice eligentur, omni studio curabunt, ut quæ nostris hujusmodi, & in eis salubriter statuta sunt, inviolabiliter, ac etiam si opus fuerit per pœnarum ipsarum contra transgressores executionem observentur. Denique volumus easdem præsentes in valvis

F 4 Ba-

Basilicarum S. Joannis Lateranen., Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon in acie Campi Floræ per Cursores nostros affigi, & publicari, ac earum exempla ibidem affixa dimitti, & deinde omnes, & singulos Cardinales tam absentes, quam præsentes, modernos, & qui pro tempore erunt, & alios quoscumque quorum interest, vel interesse poterit quomodolibet in futurum afficere, & ligare, nullamque harum ignorantiam prætendere posse, ac si eis personaliter intimatæ forent, præmissis, cæterisque contrariis quibuscumque non obstantibus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Statutorum, Decretorum, declarationum, mandatorum, innodationis, voluntatis, admonitionis, hortationis, obsecrationis, inhibitionis, derogationis, præcepti, & suspensionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo primo, decimo septimo Kalend. Decembris, Pontificatus Nostri anno primo. Et successive idem Gregorius Prædecessor Cæremoniale ritus dictæ electionis continens de ejus mandato compositum confirmaverit, cujus tenor sequitur. = GREGORIUS EPISCOPUS = Servus Servorum Dei = *Ad perpetuam rei memoriam.* = Decet Romanum Pontificem, quæ ad Ecclesiæ Catholicæ fælix regimen salubriter a se statuuntur, ut quam facillime observentur, pastorali sollicitudine providere, & ea, per quæ a se decreta debitum sortiuntur effectum, stabilire. Siquidem postquam novam Constitutionem de Romani Pontificis electione, ob causas in ea expressas, divina adspirante gratia edidimus; nec ejus usus, & observantia, veteri Rituali Ecclesiæ Romanæ fere inutili ob eandem Constitutionem reddito, proprii Cæremonialis directione destitueretur, novum, prout sequitur, confici mandavimus. Quod, cum post nonnullorum S. R. E. Cardinalium, quibus negotium commisimus, diligens, ut res postulabat, adhibitum examen, confectum fuerit, & a Nobis approbatum, ut illud cum omnibus, & singulis in eo contentis inviolabiliter observetur, ex nostri pastoralis officii debito providendum censuimus. Tenor autem illius est, qui sequitur = Rom. Pont. vita functo, Cardinales præstito in prima Congregatione juramento de observanda Constitut.

Gre-

Gregorii Papæ XV de reformatione Conclavis, una cum aliis Constitutionibus, quæ legi, & jurari in ea hactenus consueverunt, Exequias pro ejus anima juxta ritum hucusque observatum, per novem continuos dies facere debent, nisi forte in illis novem diebus aliquod Festum ex præcipuis, & magnis incideret, propter cujus observantiam Exequias intermitti debere Cardinalibus videretur; hoc enim casu in numero quidem novem dierum exequiarum intermissarum dies computentur: verum impensa, quæ in omissis exequiis facienda esset, in pauperes Christi juxta Pii IV Constitut. distribuenda est. Qua etiam Constitutione, ut exequiarum impensis, quæ jam in immensum excreverant, modus, & finis aliquis esset, cautum est, ne impensæ illorum novem dierum decem ducatorum millium summam, computatis omnibus, præter regalia Populo Romano præstari solita, excederent, & ut earum impensarum distributio juste fieret, tribus ex antiquioribus Cardinalibus uni scilicet ex quolibet Ordine, ac S. R. E. Camerario, commissa fuit. Exequiis defuncti Pontificis completis, & interim Conclavi opportuno præparato, Cardinales in Basilica S. Petri, vel alibi pro temporis, & loci opportunitate conveniunt, ubi per Decanum Sac. Collegii, vel eo impedito, per alium ex antiquioribus Cardinalibus Missa de Spiritu Sancto celebratur, & in fine per aliquem Prælatum, aut alium virum doctum habetur Oratio, in qua monentur, ut sepositis omnibus privatis affectibus, solum Deum præ oculis habentes, S. Rom. & universali Ecclesiæ de Pastore sufficienti & idoneo providere, omni qua possunt brevitate, & diligentia curent, ad Apostolicarum Constitutionum, & Sac. Conciliorum præscriptum. Re divina peracta, Clericus Cæremoniarum capit Crucem Papalem, & procedit, quem Cardinales sequuntur, Episcopi primum, deinde Presbyteri, postremo Diaconi cum suis cappis violaceis. Crucem præcedunt Familiares Cardinalium, & immediate Cantores (Hymnum, *Veni Creator Spiritus* cantantes), post Cardinales sequuntur Prælati; atque ita processionaliter procedentes, Conclave ingrediuntur, & cum ad Capellam pervenerint, Cardinalium Decanus apud Altare dicit Orationem (*Deus, qui corda fidelium*), qua finita leguntur, & jurantur per Cardinales Constitutiones de Rom. Pontificis electione, & una cum eis Constitutio novissima Gregorii XV. Deinde Cardinales post sermonem habitum per Decanum, quo eos convenientibus

ver-

verbis ad electionis negocium rite, & recte peragendum hortatur, ad Cellas sorte inter eos juxta Constitut. Pii IV distributas, divertunt, & post prandium omnes rursus simul congregantur, & Officiales Conclavis, & alii præstant Sacro Collegio juramenta consueta. Cardinales autem ingressi Conclave non exeant, vespere reversuri, sed in ipso omnino permaneant. Ipsumque Conclave, post ter jussu Cardinalis Decani personatam campanulam, videlicet, prima vice circa primam horam noctis, secunda circa secundam, & tertia circa tertiam, exclusis omnibus, qui in Conclavi remanere non debent, intus, & extra claudatur, & claves S. R. E. Camerario, ac Magistro Cæremoniarum, & Prælatis Custodibus Conclavis juxta solitum assignentur. Deinde accensis funalibus tres Cardinales capita Ordinum, & Camerarius una cum Magistro Cæremoniarum latebras, & angulos omnes Conclavis diligenter perquirunt, ne quis ex iis, qui esse in Conclavi prohibentur, intus remanserit. In Conclavi autem esse possunt Familiares Cardinalium, & alii Officiales, & Ministri Conclavis, qui in Constitutione Pii IV recensentur, quibus adduntur duo alii, unus famulus pro Magistris Cæremoniarum, & alius pro Secretario Sacri Collegii, hac tamen conditione adjecta, ut famulus Magistrorum Cæremoniarum, actu uni ex illis inserviat, & per sex menses ante fuerit ejus continuus commensalis, quæ conditio in famulo Secretarii similiter exigitur, omnium autem istorum Conclavistarum, post prandium diei sequentis fit recognitio, ne quis, inter illos forte esset ex iis, qui in Conclavi esse non possunt, quæ recognitio ut certius fiat, jubentur Conclavistæ omnes intrare Capellam, & postea singillatim recensentur. Clauso Conclavi servari debent omnia, quæ de colloquiis, literis, & cibis & quæ de non ingredientibus Cardinalibus, aut iisdem, aut eorum Familiaribus postquam ingressi sunt exeuntibus, in Const. Pii IV sancita sunt. Quod vero attinet ad vestes, non solum cum ad electionem Cardinales procedunt, croceis uti debent, sed juxta vetus Cæremoniale, cum aliquid collegialiter, agendum est. Porro capitula, quæ ante electionem fieri solent a singulis Cardinalibus subscribenda, etiam ad favorem Conclavistarum fieri poterunt, vel ante ingressum Conclavis, vel post ingressum, dummodo per ea non retardetur, aut differatur ingressus, vel electio. Quoniam autem juxta Constitut. PII IV Cardinales, qui saltem

in

in Ordine Diaconatus constituti non sunt, ad electionem Rom. Pontificis non admittuntur, inspiciendum erit antequam ad electionis negocium procedatur, an aliqui ex Cardinalibus præsentibus Ordine prædicto careant; nam si careant, a suffragio ferendo excludendi erunt, nisi privilegio Pontificio muniti sint. De Cardinali autem, cui ante mortem Pontificis os fuit clausum, aliquando dubitatum est, verum a Pio V fuit hæc dubitatio sopita per ejus Decretum editum 26 Januarii 1571, quo declaravit, hujusmodi oris clausuram, cæremoniam quandam esse, ea de causa introductam, ut Cardinales, antequam in Consistoriis, & Congregationibus suffragium ferant, de modestia, quæ ab ipsis in his, & aliis actibus adhiberi debet, quodammodo admoneantur, non autem pertinere ad præcipuam Cardinalium facultatem, quæ circa Summi Pontificis electionem versaretur, quæ declaratio Pii V semper hucusque observata fuit. Quoniam autem ex Gregoriana Constitut. ad actum electionis sub pœna nullitatis devenire non possunt Patres, nisi clauso Conclavi; tres Cardinales, & Camerarius ejusdem Constitutionis Executores deputati, providebunt, ut statim post clausum Conclave, diligens per aliquos fiat inquisitio super ipsa clausura, eaque in effectum reperta, curabunt, ut de ea publicum fiat documentum per Magistrum Cæremoniarum rogandum, & post hujusmodi documentum, etiamsi Conclave in totum, vel pro parte de facto apertum fuisse reperiatur, semper tamen clausum, & pro clauso censeri, & haberi debeat ad effectum validitatis electionis, donec de consensu duarum partium Cardinalium præsentium per secreta suffragia apertum esse declaretur. Hæc tamen declaratio electionis, quæ ante ipsam facta fuerit, nullatenus præjudicare debet, neque ob ipsam declarationem præcedens Electio impugnari potest. Mane sequenti, post clausum præcedenti nocte Conclave, post solitum campanulæ sonum conveniunt Cardinales in eo præsentes, qui infirmitate non sunt impediti, ad Capellam Paulinam, & ibi celebrata consueta Missa, & facta Cardinalium communione, statim ad negocium electionis procedere debent, quod quidem hodie ex Greg. Constit. uno tantum ex tribus modis, sive formis peragendum est, alioquin electio nullitatis vitio subjaceat. Primus modus est, qui quasi per inspirationem vocatur, quando scilicet omnes Cardinales, quasi afflati Spiritu Sancto, aliquem unanimiter, & viva voce Summum

Pon-

Pontif. proclamant; circa quem modum ex Constitutione Gregoriana infrascripta notari possunt. Primum, hæc forma electionis practicari potest solum in Conclavi, & eo clauso. Secundo, debet fieri electio secundum hanc formam ab omnibus, & singulis Cardinalibus in Conclavi præsentibus. Tertio, communiter, & nemine eorum dissentiente. Quarto, nullo præcedente de persona speciali tractatu, & per verbum (Eligo) intelligibili voce prolatum, aut scripto expressum, si voce non possit proferri; exemplum autem hujus potest esse hujusmodi. Si aliquis Patrum, clauso Conclavi, nullo, ut præfertur, præcedente speciali tractatu, diceret Reverendiss. Domini, perspecta singulari virtute, & probitate Reverendiss. D. N. judicarem illum eligendum esse in Summum Pontificem, & ex nunc ego ipsum eligo in Papam. Deinde hoc audito, si cæteri Patres, nemine excepto, sequentes primi sententiam, eodem verbo (Eligo) intelligibili voce prolato, aut si non potest, in scripto expresso, eumdem N. de quo nullus specialis tractatus præcessit, communiter elegerint, ipse N. esset canonice electus, & verus Papa secundum hanc electionis formam, quæ dicitur per inspirationem, seu, ut in Sacris Canonibus scriptum est, quasi per inspirationem. Secundus modus est per Compromissum, quando scilicet Cardinales ad electionem per hanc formam, seu viam procedere volentes, committerent aliquibus ex Patribus eligendi potestatem, ut vice omnium Ecclesiæ Catholicæ provideant de Pastore, cujus formæ praxis potest esse hujusmodi. Primo omnes, & singuli Cardinales in Conclavi clauso præsentes, nemine eorum dissentiente, in aliquos ex Patribus compromissum faciunt, exempli gratia in hanc formam. In Nomine Domini Amen. Anno ab ejusdem &c. mense &c. die &c. Nos Episcopi, Presbyt. & Diaconi S. R. E. Cardinales omnes, & singuli in Conclavi existentes, videlicet N. N. (& sigillatim omnes nominentur Cardinales) elegimus, & eligimus per viam procedere compromissi, & unanimiter, & concorditer, nemine discrepante, eligimus Compromissarios N. N. & N. Cardinales &c. quibus damus plenariam facultatem, & potestatem providendi S. R. E. de Pastore, sub hac forma videlicet (hic optimum erit, ut Cardinales Compromittentes exprimant modum, & formam, secundum quam Compromissarii debebunt eligere, & secundum quam Electus debet censeri verus, & legitimus Papa, ut puta si electi sint tres Compromissarii, declarandum est, an ad hoc,

ut

ut electio sit valida, prius proponere debeant Sacro Collegio personam, vel personas ab ipsis nominandam, seu nominandas ad Pontificatum, an vero absolute debeant Electionem peragere, an omnes tres debeant convenire in unam personam, an vero sufficiat, quod duo in unam concordent, & an debant nominare aliquem de Collegio, vel etiam aliquem extra Collegium, & alia his similia.) His autem, vel aliis similibus expressis, addi compromisso solet tempus, ad quod usque volunt Cardinales, potestatem Compromissarios habere eligendi, postea subjunguntur hæc verba: Et promittimus nos illum pro Romano Pontifice habituros, quem DD. Compromissarii secundum formam prædictam duxerint eligendum, vel alia ad formam Compromissariis præscriptam accommodata. Secundo, completo hujusmodi mandato, Compromissarii ad partem in aliquo loco separato se conferunt, & de electione facienda tractant, & solet inter eos præmitti protestatio, quod per quamcumque prolationem verborum suum dare consensum non intelligunt, nisi in scriptis illum expresse ponant. Et hæc protestatio videtur necessaria inter Compromissarios, ut verbis humanis, & reverentialibus inter se sine præjudicio uti possint. Tertio, facta per Compromissarios electione secundum formam eis præscriptam, & servatis iis, quæ Gregorius XV in sua Constitut. jussit, Electus per hujusmodi viam Compromissi est canonicus & verus Papa. Tertius modus, seu forma electionis Rom. Pont. est, quæ vocatur per Scrutinium, vel per Scrutinium, & Accessum, cujus formæ ritus secundum Gregorianam Constitutionem, quæ vult non solum Scrutinium fieri secretum, sed etiam accessum, continet tres actiones: alteram, quæ ante Scrutinium, alteram, quæ Scrutinium, & tertiam, quæ post Scrutinium appellari potest. Antescrutinii actus sunt quinque, videlicet præparatio Schedularum Scrutinii, & accessus, Extractio Scrutatorum, & deputatorum pro votis infirmorum per sortem, Scriptio Schedularum Scrutinii; earum complicatio, & obsignatio. Schedularum præparatio ad Magistros Cæremoniarum pertinet, qui eas impressas, ubi fieri poterit, alioquin unius manu scriptas secundum formam inferius describendam, accipient, tam pro Scrutinio, quam pro accessu, & ponent in duobus discis vulgo (Bacili) nuncupatis, quos in mensa ante Altare collocabunt, ut inde possint Cardinales, cum opus fuerit, Schedulas sumere. Forma autem

Sche-

Schedulæ Scrutinii quoad ejus figuram attinet, erit altera parte longior, hoc est plus longa, quam lata; longitudo ejus erit fere palmi, latitudo autem dimidii palmi. Quo vero ad contenta in ea, in anteriori ejus parte, quæ brevitatis gratia facies nominari potest, tria continere debet. Primo, in superiori parte secundum ejus latitudinem duo hæc verba (Ego Card.) cum tanta ad invicem distantia, ut inter ipsa nomen proprium Cardinalis eligendi scribi possit, & paulo inferius duos circulos parvos, ad loca sigillorum indicanda. Secundo, in medio continere debet hæc verba · Eligo in Summum Pontificem Reverendiss. D. meum D. Cardinalem. Tertio, in parte inferiori alios duos parvulos circulos, ad loca sigillorum similiter demonstranda. Forma vero Schedulæ accessus eadem prorsus est, quæ Scrutinii, nisi, quod in medio ejus loco verborum (Eligo in Summ. Pont. Reverendiss. D. meum D. Card.) ponuntur hæc verba (Accedo Reverendiss. D. meo D. Card.). Verum facilius, quæ dicta sunt, percipientur ex infrascriptis figuris, & exemplis.

EXEM-

EXEMPLUM

Schedulæ Scrutinii ſcriptæ.

Ego Card.

Eligo in Summum Pontificem R.^mum D. meum D. Card.

18. Gloria in excelſis.

EXEMPLUM FACIEI


Schedulæ Acceſſus.

	Ego Card.	
Accedo Reverendiſs. D. meo D. Card.		

In

In exteriori autem parte Schedularum tam Scrutinii, quam accessus, quæ tergum nominari potest, duo sunt imprimendi limbi ex illis, quos ad ornatum librorum Impressores adhibent, & vulgari vocabulo, *Fregi*, nuncupant, quorom primum circa sui medium continet hoc verbum *Nomen*, impressum secundum longitudinem ipsius limbi; alterum vero continet hoc verbum, *Signa*, similiter impressum, ut præcedens. Hi autem limbi excogitati ad obscurandum diaphanum paginarum, ne scilicet ad lumen nomina, & signa eligentium conspici possint; ubi vero Impressoris copia non fuerit, limborum defectus lineis suppleri poterit. Sed hæc fient clariora per infrapositam figuram tergi Schedularum Scrutinii, & accessus.

EXEMPLUM TERGI
Schedularum Scrutinii, & Accessus,



Secundus actus antescrutinii est extractio Scrutatorum, & Deputatorum pro votis infirmorum, quæ extractio antequam ad Scrutinium procedatur, sorte facienda est hoc modo. In uno sacculo, aut vase publice ponantur tot schedulæ, vel si magis placet, spherulæ ligneæ palam numeratæ, quot sunt Cardinales præsentes in Conclavi, cum eorum manibus, deinde per ultimum Diaconum extrahantur primo Scrutatores tres, & postea tres Deputati pro votis infirmorum, qui brevitatis gratia Infirmarii appellari possunt, de quorum omnium officio inferius suo loco scribetur: quod si in extractione Scrutatorum, & Infirmariorum, ac etiam recognitorum, de quibus suo loco dicetur, extracti fuerint Cardinales, qui ob infirmitatem, aliudve impedimentum muneribus prædictis satisfacere non possint, alii non impediti loco illorum extrahantur. Peracta vero extractione, schedulæ, seu spherulæ eorum, qui extracti fuerunt, in sacculum, seu in vas iterum conjiciantur. Tertius actus antescrutinii est schedularum Scrutinii scriptio, quæ fiet hoc modo. Ad duas, vel plures parvas mensas, quæ erunt cum atramento, & calamis paratæ in loco Capellæ apto, ut qui scribunt conspici possint, quid vero scribitur, non possit, accedent Cardinales per ordinem, incipiendo a Decano, & ibi sedentes in scabellis paratis, schedulam quisque suam acceptam prius ex disco scribet hoc modo. Primo in prima parte in spatio inter verba (Ego Card.) scribet proprium nomen; deinde in secunda parte nomen illius, quem elegit, charactere tamen, quantum fieri potest alterato, ut manus scribentis cognosci non possit, & caveat, ne plures in schedula scribat, quia suffragium juxta Gregorianam Constitutionem esset nullum. In tertia vero parte signa, hoc est numerum aliquem, & dictum aliquod Scripturæ, seu verbum; aut aliquid hujusmodi, ut in exemplo pro faciliori intelligentia oculis subjecto, videre est.

EXEM-

EXEMPLUM

Schedulæ Scrutinii scriptæ.

Ego Bonifacius Card. Cajetanus.

Eligo in Summum Pontificem R.^m D. meum D. Card. Baronium.

18. Gloria in excelsis.

Quartus actus antescrutinii est schedularum complicatio, quæ ut expeditius peragi a Card. valeat, poterit a Cæremoniarum Magistris, cum eas præparant, fieri in hunc, qui sequitur, modum. Binæ fient plicaturæ ex utraque parte cujusque schedulæ, ita ut nomen eligentis, & signa cum fuerint scripta, maneant tecta ex utraque parte a limbis, deinde quod reliquum est ita complicetur, ut schedula fere ad latitudinem pollicis redigatur, prout ex complicata schedula, quæ hic exempli gratia ponitur, conspici potest.

Cæterum Magistri Cæremoniarum schedulas non complicatas ut supra, sed explicatas, & cum cera rubra in parvis circulis, ponent in discis, & Cardinales postquam eas, ut supra scripserint, eo usque solum plicabunt, quo nomen, & signa eligentis tegantur, reliquas autem plicaturas tunc facient, cum schedulas, ut infra dicetur, obsignaverint.

Quintus, & postremus actus antescrutinii est schedularum obsignatio, quæ ab unoquoque Cardinali facienda erit in tergo schedularum cum sigillo ad hoc parato, in loco parvorum circulorum ubi cera fuit posita. Porro sigillum non debet esse solitum Cardinalis, sed aliud, & secrete habitum, & ita simplex, ut facile notari possit, veluti si in sigillo sculpantur aut tres numeri, aut tres literæ, vel literæ, & numeri, vel una tantum imago: & hæc de antescrutinio sufficiant. Cæterum, quod attinet ad Cardinales infirmos, aut aliter impeditos, inferius suo loco dicetur. Sequitur secunda actio, quæ nomine Scrutinii appellata fuit. Octo sunt hujus actionis actus, videlicet: Delatio schedulæ, Juramenti præstatio, Positio schedulæ in Calicem, Schedularum mixtio, earum numeratio, Scrutinii publicatio, Schedularum in filum insertio, earumque depositio seorsum. Delatio schedulæ, & duo sequentes actus, qui melius simul describuntur ob eorum connexitatem, hoc modo fient. Quilibet Cardinalis propriam schedulam postquam illam scripserit, obsignaverit, & complicaverit, duobus primis digitis sumet, ac elevata manu palam deferet ad Altare, penes quod stant Scrutatores, & in quo est Calix magnus ad recipiendas schedulas paratus, & patena coopertus; ibique genuflectens, aliquantulum orabit; deinde surgens alta & intelligibili voce jurabit in hanc formam, quæ in tabella super Altari posita descripta habetur: *Testor Christum Dominum, qui me judicaturus est, me eligere quem secundum Deum judico eligi debere, & quod idem in Accessu præstabo*. Post hæc schedulam

in

in patenam ponet, & per patenam mittet in Calicem, quo facto inclinabit se ad Altare, & ad suum locum revertetur. Et hæc servanda erunt, si Cardinalis ad Altare pergere possit; nam si ob infirmam valetudinem non possit, & præsens in Capella sit; ultimus Scrutator discum cum schedulis ad eum deferet, ex quo Cardinalis infirmus unam accipiens, eam in loco suo secrete, ut supra dictum est, conficiet; deinde prævio juramento prædicto schedulam obsignatam, & complicatam eidem Scrutatori tradet, qui eam palam deferet ad Altare, & sine oratione, & juramento in patenam ponet, & per eam in Calicem mittet; quæ omnia observanda erunt per ultimum Scrutatorem erga eos Cardinales, qui in Capella præsentes ob valetudinem ad Altare pergere non poterunt. Si vero aliqui Cardinales infirmi sint in suis Cellis, tres Cardin. Infirmarii, ut supra extracti, ad eos accedent cum capsula altitudine unius palmi, in cujus superiori parte sit rima; seu foramen ejus magnitudinis, ut per illud schedula complicata possit per suam latitudinem intus capsulam transmitti, quam capsulam, antequam Scrutatores Infirmariis tradant, palam aperient, ut cæteri Cardinales possint eam inanem & vacuam conspicere, deinde claudent, & clavem ponent super Altare; deinde Infirmarii cum capsula clausa, & cum parvo disco tot schedulas continente, quot sunt infirmi Card. ad unumquemque eorum accedent, & infirmi acceptas ex disco schedulas, secrete scribent, obsignabunt, & complicabunt, & prævio jam dicto juramento, in capsulam per rimam mittent; quod si infirmi scribere non possint, alii eorum arbitrio deligendi, præstito de secreto servando in manibus Infirmariorum juramento, prædicta facient, atque hi advertere debent, quod non solum juramenti vinculo tenentur servare secretum, sed etiam in excomunicationem latæ sententiæ, si contrafecerint, incurrent. His peractis, Infirmarii ad Capellam revertentur cum capsula, quam Scrutatores aperient, & schedulas in ea contentas palam numerabunt, & tot repertas, quot sunt infirmi, ponent singillatim in patenam, & per patenam simul omnes in Calicem. Ne autem nimis in longum protrahatur Scrutinii actio, Infirmarii poterunt proprias schedulas post Decanum conficere, & in Calicem ponere: deinde dum cæteri Cardinales Scrutinium agunt, ad infirmos pergere ad accipienda eorum suffragia eo modo quo proxime ante dictum est. Quartus actus Scrutinii est sche-

dularum permixtio, quæ fiet per primum Scrutatorem, Calice, in quo ipsæ schedulæ positæ fuerunt, patena cooperto, pluries agitato. Quintus actus est numeratio schedularum, quæ palam fiet per ultimum Scrutatorem, capiendo singillatim unamquamque schedulam ex Calice, eamque ponendo in alium, qui ad hoc paratus sit, Calicem vacuum. Quod si numerus schedularum non respondeat numero Card. omnes comburendæ sunt: & iterum, idest secunda vice, ad suffragia statim est deveniendum. Si vero numerus schedularum numero Cardin. respondeat, prosequendi sunt alii actus Scrutinii. Sextus actus est publicatio Srutinii, quæ per Scrutatores, qui sedent ad mensam ante Altare positam, fiet hoc modo. Primus Scrutator accipiet unam schedulant, eamqua intactis sigillis explicabit, & viso in ea schedula Electi nomine, eam tradet secundo Scrutatori, qui pariter eodem Electi nomine perspecto, eandem tradet tertio, qui illam alta & intelligibili voce perleges, ut omnes Card. præsentes notare possint suffragium in folio impresso, quod penes se habebunt cum nominibus omnium Card.; notabit autem juxta nomen Card. ex schedula recitati. Idem faciendum erit de cæteris schedulis in Calice positis, usque ad ultimam. Quod si in Scrutinii publicatione inveniant Scrutatores duas schedulas ita complicatas, ut ab uno tantum datas fuisse appareat, siquidem unus, & idem in utraque electus fuerit, schedulæ prædictæ habebuntur, & notabuntur pro uno suffragio; si vero diversi fuerint nominati, neutrum suffragium validum erit, prout in Bulla Gregoriana statuitur de illa schedula, in qua plures nominati sunt, Scrutinium tamen neutro casu vitiatur. Cæterum suffragia prædicta, finita Scrutinii publicatione, potesunt a Patribus juxta nomina Cardinalium, qui ea obtinuerunt, in unam summam redigi, vel in separato folio notari hoc modo: Reverendiss. D. Cardinalis A. habet suffragia 20, & Revarendiss. D. Cardinalis B habet suffragia 15, & sic de aliis, quod fit, ne Cardinales, cum opus est, cogantur semper numerare suffragia, quæ juxta nomina Card. notarunt. Septimus actus Scrutinii est schedularum in filum insertio, quæ, ut schedulæ ipsæ cautius conservari possint, axcogitata fuit. Hæc autem insertio fiet per ultimum Scrutatorem, inserendo schadulam unamquamqua postquam eam perlegit, acu cum filo ad hunc effectum parato, in loco, ubi est verbum *Eligo*. Octavus, & postremus Scrutinii actus est depositio schadularum

arum seorsum, quæ similiter fiet per ultimum Scrutatorem, qui, finita insertione omnium schedularum in filum, capita fili nodo junget, & schedulas omnes ita colligatas, in alium Calicem vacuum, vel in mensa seorsum ponet. Sequitur tertia, & postrema actio, quæ Postscrutinium appellata fuit, cujus actus, si secuta sit electio per Scrutinium, tres tantum sunt, videlicet. Numeratio Schedularum, recognitio suffragiorum, & Schedularum combustio, de quibus inferius suis locis dicetur. Si vero per Scrutinium non sit secuta electio, actus sunt septem, videlicet Accessus, Sigillorum, & Signorum apertio, eorum adnotatio, Suffragiorum examen, Suffragiorum scrutinii, vel scrutinii, & accessus numeratio, eorum recognitio, & Schedularum combustio. Primus itaque actus est Accessus, qui immediate post Scrutinium, hoc est, post depositas seorsum Scrutinii Schedulas fiet, nisi forte in Scrutinio fuerit creatus Papa, tunc enim nullus fieri debet accessus. In quo quidem accessu eadem omnia servanda sunt a Cardinalibus, quæ dicta sunt servari debere in Scrutinio peragendo, tam in Schedularum scriptione, obsignatione, complicatione, delatione, & positione in Calicem, quam in earum numeratione, publicatione, notatione suffragiorum, & insertione in filum, ac depositione seorsum, exceptis tamen infrascriptis. Primo, quod Cardinales Schedulas pro accessu sumere debent ex disco Schedularum accessus. Secundo, in Schedularum accessus scriptione si Cardinalis nemini velit accedere, debet in media Schedulæ parte, loco nominis Cardinalis, qui scribendus esset, si ad eum fieret accessus, scribere: *Nemini*. Schedula autem accessus scribi, & obsignari debet cum eisdem sigillis, & signis Schedulæ Scrutinii, sub pœna nullitatis suffragii ipsius accessus. Tertio, quod non potest accessus fieri ad eum Cardinalem, qui in Scrutinio saltem unum suffragium non obtinuerit, neque ad eum, qui ab ipsomet Cardinali fuit in Scrutinio nominatus. Quarto, quamvis in accessu non liceat plures nominare, sicut non licet in Scrutinio plures eligere, sub pœna nullitatis suffragii, tam in accessu, quam in Scrutinio; nihilominus licebit accedere uni ex pluribus nulliter a se nominatis in Scrutinio, dummodo ei ab alio aliquod suffragium, non tamen nulliter, ut præfertur, in ipso Scrutinio datum fuerit. Quinto, quod in accessu non præstatur juramentum, de quo supra, quia in Scrutinio fuit jam præstitum per illa verba

(*Et quod idem in accessu præstabo*). Sexto denique, Infirmarii deferre debent ad infirmos Schedulas accessus, & simul etiam unum folium impressum, in quo sit notatus suffragiorum numerus palam recognitus, quæ quisque Card. in Scrutinio nominatus, obtinuerit. Secundus, tertius, & quartus actus postscrutinii sunt Sigillorum, & Signorum apertio, eorum adnotatio, Suffragiorum examen, qui tunc solum locum habere possunt, quando secuta est electio per scrutinium, & accessum: fieri autem debent hoc modo. Primus Scrutator schedulas accessuum, quas obtinuit Electus, in ea parte solum, quæ signa continet, aperiet, & inspectis diligenter earum sigillis, & signis, apertas, ac in filo, ut erant insertas, tradet secundo Scrutatori, & secundus, eadem inspectione facta, porriget tertio, qui alta & intelligibili voce sigilla, & signa prædictarum schedularum enumerabit, & adnotabit in latere sinistro folii impressi, ad hunc effectum parati sub verbis (*Sigilla*, *& Signa accessuum*), quam etiam adnotationem facient cæteri Cardinales, si voluerint, in simili folio impresso. Deinde primus Scrutator, reliquis Scrutatoribus inspicientibus, pro accessuum prædictorum examine capiet schedulas Scrutinii, & incipiens ab uno capite fili, in quo insertæ sunt, sigillum primæ ejus schedulæ quæret in sigillis accessuum notatis, ut supra in folio impresso, & si illud in eo non invenerit, omissa prima scrutinii schedula, capiet secundam, ejusque sigillum similiter quæret; quod si etiam non invenerit, capiet tertiam, & deinde sequentes singillatim, donec sigillum alicujus earum inveniat, eoque invento, scrutinii schedulam in ea parte, ubi signa sunt, aperiet, & si non invenerit signa hujus schedulæ concordare cum signis accessus, schedulam illam omittet, & aliam capiet, sicut paulo ante de schedulis non concordantibus in sigillo dictum est; si vero invenerit signa concordare, ostendet illa secundo, & tertio Scrutatoribus, qui una cum ipsis, post diligens examen super identitate sigillorum, & signorum ambarum schedularum, scrutinii scilicet & accessus, inspiciet, an idem, vel diversi in utraque schedula sint nominati, & si idem nominatus sit, suffragium accessus nullum censebitur; si vero diversi nominati sint, suffragium accessus pro valido habebitur, & hoc casu tertius Scrutator sigillum, & signa schedulæ Scrutinii, ac etiam nomen Electi, qui in ea continetur, alta & intelligibili voce enunciabit, & adnotabit in latere dextero præ-

prædicti folii impressi, sub verbis (*Sigilla, & Signa Scrutinii respondentia accessibus*), notabit autem ea exadverso accessus concordantis in sigillo, & signis, quam adnotationem cæteri quoque Card. si voluerint, in simili folio impresso facient. Sed hujusmodi actus, qui explicatione difficiliores sunt, quam operatione, exemplo melius percipientur.

E X E M P L U M

Folii impressi, in quo Accessus, & Scrutinii Sigilla, ac Signa concordantia adnotantur.

Sigilla, & Signa Accessuum.	*Sigilla, Signa Scrutinii Accessibus respondentia.*	*Cardinales nominati in Scrutinio.*
ACD. 43 Deus,		
BRE. 32 Bonitas.	BRE. 32 Bonitas.	Card. S. Eusebii.
RGI. 50 Beatitudo.	RGI. 50 Beatitudo.	Card. S. Sixti.
NSP. 26 Gloria.		

Quod si fortasse in ista inquisitione contingat duas, vel plures schedulas scrutinii reperiri cum eisdem sigillis, & signis alicujus schedulæ accessus, tunc si in earum aliqua electus nominatus fuerit, in alia vero alius, primus Scrutator reliquis Scrutatoribus similiter inspicientibus scrutinii schedulas hujusmodi, & schedulam accessus, in ea etiam parte, in qua est nomen eligentis, & accedentis, aperiet, ut constare possit secundum Gregorianam Constitutionem de validitate, vel invaliditate accessus; si vero in aliqua hujusmodi schedularum scrutinii concordantium cum accessu non sit nominatus electus, debent eæ schedulæ omitti, & ad subsequentes procedendum erit. Quintus actus post scrutinium est numeratio suffragiorum, vel scrutinii solius, vel scrutinii, & accessus, quæ fiet per Scrutatores semper, sive sequuta sit electio, sive non, & siquidem secuta non sit electio, ut sciatur, quod in eo scrutinio, vel in scrutinio, &

ac-

accessu non habetur Papa; si vero secura sit, ut constet de canonica Pontificis electione, fiet autem hæc numeratio suffragiorum hoc modo. Scrutatores in unam summam redigent suffragia, quæ quilibet nominatus in Pontificem obtinuit, sive in scrutinio solo, sive in scrutinio, & accessu simul; & si invenerint nullum ex nominatis ad duas tertias partes suffragiorum pervenisse, non habetur Papa in illo scrutinio, sive scrutinio, & accessu, si vero invenerint aliquem ex nominatis duas tantum partes suffragiorum obtinuisse, aperient electi schedulam, etiam in ea parte in qua est nomen eligentis, & siquidem ex ea apparuerit, electum alii suffragatum fuisse, electio ejus erit canonica; si vero constiterit sibi suffragium dedisse, ejus electio ex dispositione Gregorianæ Constitutionis nulla erit ob defectum unius suffragii. Si denique plures invenerint duas tertias partes suffragiorum obtinuisse, vel etiam ultra duas tertias, tunc in suffragiorum paritate, nullus erit electus, in imparitate vero ille est canonicus Papa, qui superat alium etiam in uno suffragio. Sextus actus postscrutinii est recognitio, quæ per Recognitores, sive sequuta sit electio, sive non, fiet, inspiciendo tam schedulas scrutinii, & accessus, quam suffragiorum adnotationes factas per Scrutatores, ut per hujusmodi recognitionem constare possit, an Scrutatores sincere & fideliter muneri suo satisfecerint. Recognitores autem extrahentur sorte, ut Scrutatores, & Infirmarii, statim quidem post scrutinium, si sequuta sit in eo electio; si vero non sit sequuta, post scrutinium, & accessum, cum scilicet Scrutatores suum impleverint munus per numerationem suffragiorum, & hæc extractio fiet, sive sequuta sit electio in scrutinio, & accessu, sive non. Septimus, & postremus actus postscrutinii est combustio omnium schedularum, quæ semper & palam per Scrutatores fiet, ac statim post recognitionem, sive electio sit secuta, sive non. Et hæc omnia, quæ de scrutinii ritibus sunt exposita, servanda erunt diligenter a Cardinalibus in omnibus scrutiniis, sive fiant mane post Missam, sive vespere post Hymnum (*Veni Creator Spiritus*). Atque hi sunt Ritus ex præscripto Constitutionis Gregorii Papæ XV in electione Romani Pontificis obsesvandi. Motu itaque proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula in prædicto Cæremoniali ordinata, & quomodolibet contenta tenore præsentium perpetuo approbamus, &

con-

confirmamus; illisque omnibus, & singulis perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; eaque a Ven. Fratribus nostris S. R. E. Card., omnibusque, & singulis aliis, ad quos spectat, & spectare quomodolibet poterit in futurum, omnino observari præcipimus, & mandamus; ac Cæremoniale hujusmodi in totum, vel in parte mutari, vel ei aliquid addi prohibemus. Decernentes sic, & non aliter per quoscumque, ac eosdem S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere. Non obstantibus omnibus illis, quæ in primo dicta Constitutione voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, adjectionis, præcepti, mandati, prohibitionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo primo, quarto Idus Martii, Pontificatus Nostri II. Nos qui ut rei tam arduæ negocium rite & recte procederet, & absolveretur, intentis studiis desideravimus, cum primum (nullis licet suffraganibus meritis) ad summi Apostolatus apicem assumpti fuimus animo revolventes quantam in omnium animis Constitutionis exequutio, & Cæremonialis prædictorum usus approbationem excitarit, ut Constitutio, & Cæremoniale prædicta nostra etiam confirmatione roborata inviolabiliter semper observentur providere cupientes, ex mera animi nostri deliberatione, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac de Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu, Constitutionem, & Cæremoniale prædicta cum omnibus, & singulis in eis, & eorum quolibet contentis clausulis, & decretis hac nostra perpetuo valitura Constitutione Apostolica auctoritate perpetuo confirmamus, & approbamus, eaque etiam perpetuo in omnibus futuris Romanorum Pontificum electionibus firmiter, & inviolabiliter observari præcipimus, & mandamus, ac derogationem in eadem Constitutione dicti Gregorii Prædecessoris insertam semper vigere, suamque vim perpetuis futuris temporibus obtinere decrevimus, non obstantibus quatenus opus sit, ea in parte qua præsentibus adversentur recolendæ memoriæ

Ale-

Alexandri Papæ Tertii similiter prædecessoris nostri in Lateranen. quæ incipit: *Licet de vitanda*, & quibuscumque aliis etiam in universalibus Conciliis editis Constitutionibus, Ordinationibus Apostolicis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac omnibus illis, quæ dictus Gregorius prædecessor in Constitutione, & Cæremonialis confirmatione prædictis voluit non obstare; quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio ad hoc servanda foret, omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis quoad reliqua omnia, quæ Constitutioni dicti Gregorii, & Cæremoniali prædictis, & huic nostro præcepto, mandato, & decreto non sunt repugnantia in suo robore permansuris, harum serie de simili plenitudine potestatis derogamus, & derogatum esse volumus, & hanc nostram derogationem suum pariter effectum perpetuo consequi jubemus, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, præcepti, mandati, decreti, derogationis, voluntatis, jussionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, quinto Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno III.

✠ Ego Urbanus Catholicæ Eccles. Episc.

† *Ego Franciscus Maria Episcopus Ostiensis S. R. E. Card. a Monte, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego Octavius Episcopus Portuen. S. R. E. Card. Bandinus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Jo. Baptista Episcopus Albanen. S. R. E. Card. Detus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego B. Episcopus Sabinen. Card. Bevilaqua, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego*

† *Ego A. Episcopus Prænestinus Card. Perettus, promitto, voveo, & juro,*

†

†

†

† *Ego Dominicus Card. Gimnasius Tit. S. Laurentii in Lucina, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego C. Card. Madrutius Tit. S. Cæsarei, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego Scipio Tit. S. Grisogoni Presbyter Card. Burghesius Major Pœnitentiarius, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Jo: Garcia Tit. SS. Quatuor Coronatorum Presbyter Card. Millinus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Marcellus Tit. SS. Quirici, & Julittæ Presbyter Card. Lantes, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego Jo: Baptista Tit. S. Cæciliæ Presbyter Card. Lenius, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego D. Tit. S. Martini in Montibus Card. Rivarola, promitto, voveo, & juro,*

†

† *Ego Fr. Augustinus S. R. E. Presbyter Card. Tit. S. Mariæ de Aracœli, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Gaspar Tit. S. Crucis in Hierusalem Presbyter Card. Borgia, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego Fr. Felix Tit. S. Anastasiæ Presbyter Card. Asculanus, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego Gabriel Tit. S. Bartholomæi in Insula Presbyter Card. de Trejo, promitto, voveo, & juro.*

†

†

† *Ego I. Tit. S. Sabinæ Presbyter Card. Sabellus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego M. Tit. S. Mariæ de Pace Cardinalis Kleselius, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego S. Presbyter Card. S. Susannæ S. R. E. Bibliothecarius, promitto, voveo, & juro,*

†

† Ego

† *Ego Guido Tit. S. Mariæ de Populo Cardinalis Bentivolus, promitto, voveo, & juro.*

†

†

† *Ego F. Deſiderius Tit. Baſilicæ SS. Duodecim Apoſtolorum Cardinalis de Cremona, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego L. Tit. S. Laurentii in Damaſo Presbyter Cardinalis Ludoviſius S. R. E. Vicecancellarius, & SS.mi D. N. Summator, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Coſmus Tit. S. Pancratii Presbyter Card. de Torres, promitto, voveo, & juro.*

†

†

† *Ego F. A. Cardinalis S. Honuphrii S. R. E. Presbyter Card., promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Laurentius Tit. S. M. in Aquiro Presbyter S. R. E. Card. Magalottus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Aloyſius Tit. S. Pudentianæ Presbyter S. R. E. Card. Cajetanus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Dionyſius Tit. Sanctiſſimæ Trinitatis in Monte Pincio Card. de Marquemont, promitto, voveo, & juro.*

†

†

† *Ego Leudivius Card. Sancti Sixti, promitto, voveo, & juro.*

†

†

†

†

† *Ego Jo: Dominicus Spinula Card. S. Clementis, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Jacobus Cavalerius S. R. E. Presbyter Card. S. Euſebii, promitto, voveo, & juro.*

†

†

†

†

†

†

†

† *Ego C. S. Mariæ in Via Lata Diac. Card. Pius, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego*

† *Ego M. S. Eustachii Diac. Card. de Sabaudia, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego Alexander S. Mariæ in Cosmedin Diac. Card. Ursinus, promitto, voveo, & juro.*

†

†

†

†

† *Ego Franciscus S. Angeli in Foro Piscium Diac. Card. Boncompagnus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Hippolytus S. Mariæ Novæ Diaconus Card. Aldobrandinus S. R. E. Camerarius, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego P. Maria Burghesius Diac. Card. Tit. S. Georgii, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego L. SS. Viti, & Modesti Diaconus Card. Biscia, promitto, voveo, & juro.*

†

Jo: B. Bolognettus,

G. *Montanus*,

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate D. N. JESU CHRISTI *millesimo sexcentesimo vigesimo sexto, Indictione nona, die vero sexta mensis Julii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D.* URBANI *Divina Providentia* PAPÆ VIII, *Anno ejus tertio supradictæ Literæ lectæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, Principis Apostolorum de Urbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ per me Tarquinium Majonum Cursorem, & per me Brandimartem Latinum prælibati SS. D. N.* PAPÆ, *ac Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Cursorem &c.*

Augustinus de Bolis Romanus pro D. Mag. DD. Curs.

BUL-

BULLA

ALEXANDRI PAPÆ VII.

De Bonis Eccleſiæ non alienandia.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

INTER cæteras animi ſolicitudines, quibus in adminiſtratione Paſtoralis Officii Nobis divina Providentia commiſſi aſſidue premimur, ea vehementer urget, quæ Sedis Apoſtolicæ dignitatem, ejuſque Status, etiam temporalis conſervationem concernit. Hac iden ratione licet plurium Summorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum decreta, & literæ provide, ac ſancte conditæ fueriot, præſertim recolendæ memoriæ Pii V, ſub datum quarto Kal. Aprilis anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, ejus Pontificatus Secundo, tenoris ſubſequentis videlicet. = PIUS EPISCOPUS = SERVUS SERVORUM DEI = *Ad perpetuam rei memoriam.* = Admonet Nos ſuſcepti cura regiminis Univerſalis Eccleſiæ, cui authore Domino præſidemus, ut Civitates, Terræ, Oppida, & Loca, Nobis, & Sedi Apoſtolicæ in temporalibus mediate, & immediate ſubjecta, perpetuo in jure, dominio, & proprietate, ac poſſeſſione dictæ Sedis conſerventur: ſane licet nonnulli Romani Pontifices prædeceſſores noſtri per eorum Conſtitutiones rerum eccleſiaſticarum alienationem prohibuerint, & jam factas revocaverint, & annullaverint, nihilominus cum retroactis temporibus nonnulli nimium ambitioſi, & dominandi cupidi ſub variis prætextibus, coloribus, & cauſis ſæpe etiam falſis, quod non ſine maximo animi noſtri mœrore referimus, aliquibus Romanis Pontificibus ſuggeſtionibus, & inſinuationibus ſuis

conn-

conati sint ostendere, & persuadere magis utile, & expediens S. R. E. & Sedi prædictæ fore, si aliquæ Civitates, Terræ, Oppida, Castra, Arces, & loca ad jus & proprietatem ejusdem Sedis pertinentia in Feudum, Gubernium, Vicariatum, Ducatum, aut quemvis alium titulum perpetuum, vel ad tertiam generationem, seu ad vitam, aut alias ad longum tempus concederentur, vel etiam ex eo quod alias in Feudum data, aut quovis alio titulo hujusmodi alienata fuerint, & propterea tanquam ad Sedem prædictam devoluta vel devolvenda, posse & debere de jure iterum infeudari, & alienari, atque inde nonnullas alienationes, infeudationes, & concessiones a Sede Apostolica emanasse, ex quibus illa non mediocrem diminutionem non solum Patrimonii, sed etiam æstimationis recepisse dignoscitur. Hinc est, quod Nos considerantes omnium Civitatum, & Locorum prædictorum singularem fidem, & promptam devotionem eidem Sedi exhibitam omni tempore valde utilem, & salutarem fuisse, & esse, ac volentes non solum alienationis hujusmodi, quas tempore nostro omnino exulare intendimus, de medio tollere, & quod Nobis licere non patimur, nostris successoribus indicamus, quos non immemores fore speramus ante Domini Nostri Jesu Christi in examine diei magni adventus tribunal villicationis nostræ rationem reddituros Nos esse; sed ut omnis alienationum hujusmodi fiendarum occasio penitus aboleatur, quantum cum Deo possumus peramplius providere, Constitutionibus prædecessorum nostrorum hujusmodi etiam inhærendo, illasque innovando, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, non ad alicujus super hoc Nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera animi nostri deliberatione, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, habita etiam super his cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Card. in Consistorio nostro secreto consultatione matura, de eorum consilio, & unanimi assensu, qui etiam juraverunt præsenti Constitutioni non contravenire, nec Pontificibus alienationes contra tenorem præsentium attentantibus consentire, & absolutiones a juramento hujusmodi non petere, nec acceptare, hac nostra perpetuo valitura Constitutione decernimus, & declaramus, Civitates, & loca prædicta, etiam hactenus in Feudum, aut quemvis alienationis titulum dari solita, vel consueta, ad Nos, & Sedem præfatam quomodolibet devoluta, & pro tempore devolvenda absque alia ulteriori declaratione, & il-

H lorum

lorum possessionis apprehensione, eo ipso Sedi, & Cameræ Apostolicæ incorporata, ac ad jus, & proprietatem, & dominium pristinum, ac possessionem rediisse censeri, perinde ac si per quadraginta annos, & ultra Civitates, & loca præſata a Nobis, & Sede præſata immediate possessa, & numquam in Feudum, aut alium titulum concessa fuissent, statuimusque, & decernimus, quod omnes, & singulæ tam Communitates, & Universitates, quam Cives, & Incolæ Civitatum, Terrarum, & Locorum prædictorum, aliæque quæcunque personæ tam Ecclesiasticæ, quam Seculares cujusvis dignitatis, & ordinis, etiam Episcopalis, vel majoris, existentes, ac S. R. E. Cardinales, tam publice in consiliis Civitatum, & locorum præſatorum, quam privatim alibi in quibusvis locis etiam Civitatum, & Terrarum earumdem Gubernatores, aut Sedis Apostolicæ Legati, vel Prolegati existant, tractantes, consulentes, aut alias verba facientes de infeudationibus, aut alienationibus de Civitatibus, & locis præſatis, immediate ad Nos, & Sedem præſatam spectantibus, & pertinentibus, etiam devolutis, etiam in Feudum communiter, & pluries dari solitis, etiam ex causa permutationis, vel sub annuo censu, aut canone, aut alias quomodolibet etiam contemplatione meritorum erga Sedem præſatam, aut sub prætextu necessitatis, vel evidentis utilitatis faciendis, seu de postulandis a Nobis, & Sede præſata quibusvis personis cujusvis dignitatis, status, gradus etiam Nobis, & Successoribus Nostris secundum carnem conjunctis, etiam S. R. E. Cardinalibus, aut quavis alia temporali, vel Ecclesiastica dignitate fulgentibus, in Duces, Vicarios, Gubernatores, seu quemvis alium titulum ad vitam, vel in perpetuum, vel longum tempus, aut etiam Sedis Apostolicæ beneplacitum Civitatum, & locorum præſatorum, ac propterea de eligendis Oratoribus ad Nos, & Successores nostros super præmissis, vel illorum occasione mittendis, proponentes tam ipsi, quam Oratores munus hujusmodi recipientes, aut alii quicunque alienationes hujusmodi Romano Pontifici pro tempore existenti per se, vel alium, seu alios insinuantes, vel suadentes, eo ipso sententiam excomunicationis incurrant, a qua, nisi ab ipso Pontifice, præterquam in mortis articulo absolvi nequeant, & insuper S. R. E. Sedis Apostolicæ præſatæ rebelles etiam in primo capite læsæ majestatis, & proditores Civitatum, & locorum prædictorum, ac bona eorum, Fisco, Cameræ nostræ Aposiol. ipso

jure

jure devoluta, & incorporata sint, & esse censeantur, omnibusque Ecclesiis, Monasteriis, & aliis per eos quomodolibet obtentis beneficiis Ecclesiasticis, eo ipso privati existant, neque ad Civitates, & loca præfata ullo unquam tempore remitti possint, & si aliquando eos reintegrari contigerit, nihilominus infames remaneant, illisque bonorum, & dignitatum portæ perpetuo claudantur; & quoniam intelleximus, aliquos etiam Cardinales Civitates, Terras, Oppida, Castra, Arces, & loca ad vitam, seu tertiam, vel aliam generationem, aut alias a dicta Sede, etiam ex causa onerosa obtinere, habere, & possidere, cum facultate faciendi in illis melioramenta, ita quod ab eis amoveri non possint nisi restitutis sibi prius pecuniis in melioramento hujusmodi expositis, omnes, & singulas facultates faciendi melioramenta præfata quibusvis personis, etiam Cardinalibus, per eosdem prædecessores nostros, aut alios ad id facultatem habentes quomodolibet concessas harum serie revocamus, & annullamus, & nemini deinceps suffragari posse neque debere: ac cuicumque facultatem faciendi melioramenta hujusmodi habenti illa etiam pro munitione, & tuitione, nisi ex causa necessariæ conservationis Locorum eorumdem facta fuerint, post publicationem præsentium facere omnino interdicimus, & prohibemus, & si secus a quoquam factum attentatumve fuerit, melioramenta quæcumque per eos contra tenorem præsentium facta locis ipsis cedere, & Cameram ad illorum satisfactionem minime teneri, & obligatam esse volumus, & declaramus; Decernentes præsentes literas sub quibusvis revocationibus, cessationibus, derogationibus, & aliis contrariis dispositionibus, sub quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & Decretis pro tempore quomodolibet factis minime comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt toties in pristinum statum restitutas, & de novo concessas esse, & censeri debere, irritum quoque, & inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari; Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Civitatum, & locorum prædictorum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque: sic igitur devotionis, ac fidei constantia Civitatum, & locorum præfatorum erga Nos, & Successores Nostros, & eamdem Romanam Ecclesiam perseveret, ut merito in-

H 2 tegri-

tegritatis Virtus majora beneficia ab eadem Sede consequi mereatur. *Volumus autem, quod sicuti omnes, & singuli Cardinales præsentem Constitutionem hujusmodi, quantum in eis erit observare, illique non contravenire, nec Contrafacientibus contrafacientibus consentire, aut absolutionem a juramento prædicto non petere, nec oblatam, aut concessam acceptare* in Consistorio nostro secreto promiserunt, & juraruni, idem per absentes Cardinales a Consistorio, in habitatione eorum, & a Romana Curia, ut quandocunque ad eandem Curiam se contulerint, ac per futuros pro tempore Cardinales *in assumptione Pilei promitti, & jurari debeat, ac promissionem, & juramentum hujusmodi in formula juramenti per eosdem Cardinales præstari soliti adjungi, & inseri debere, ac contrafacientes pœnam perjurii, & perpetuæ infamiæ juris, & facti eo ipso incurrere decernimus. Præterea quod ipsi Cardinales, occurrente Apostolicæ Sedis vacatione, in Conclavi, quando de observandis litteris Julii Papæ II prædecessoris nostri super electione Romani Pontificis, & aliis Constitutionibus juramentum præstare solent, etiam de inviolabiliter observanda præsenti Constitutione Nostra per quemlibet eorum, qui in Romanum Pontificem electus fuerit, & postmodum idem ad Summi Pontificatus fastigium assumptus, post ejus assumptionem hoc ipsum promittere, ac jurare, & deinde post coronationem suam promissionem, & juramentum hujusmodi per literas suas speciales harum confirmatorias reiterare debeat, quod si illud a Pontifice, quod credendum non est, recusabitur, aut differetur, tunc dicti Cardinales in primo Consistorio secreto, & præcipue eorum Decanus, & Capita Ordinum apud eum omni cum instantia, & instantissime pro præsentium observatione petere, & rogare, & obtestari non cessent*, idque ut omnino efficiat, diligentissime curare studeant, statuimus, & ordinamus, Quodque præsentes literæ in libellum redigantur, & post prædictas Julii litteras, quæ in dicto Conclavi legi solent, inter alias Constitutiones nostras adjungantur, & etiam in Quinterno Concellariæ Apostolicæ cum aliis extravagantibus nostris describantur, & ad valvas Basilicæ Beati Petri Principis Apostolorum, & in Cancellaria nostra Apostolica, ac Acie Campi Floræ publicentur. Et quia difficile foret præsentes ad singula quæque loca deferre, decernimus etiam, & declaramus, quod earum transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo alicujus

Præ-

Prælati munitis, eadem prorsus fides ubique in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, revocationis, decreti, statuti, & interdicti, prohibitionis, ordinationis, & voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, quarto Kal. Aprilis, Pontificatus Nostri anno secundo. Quæ ab ejus etiam Successoribus Romanis Pontificibus fuerunt approbatæ, & confirmatæ, & præsertim ab Innocentio IX fel. record. cum declaratione, seu extensione, in ejus literis pridie nonas Novembris millesimi quingentesimi nonagesimi primi, Pontificatus Anno Primo inserta sequentis tenoris, videlicet: INNOCENTIUS EPISCOPUS = SERVUS SERVORUM DEI. *Ad perpetuam rei memoriam.* = Quæ ab hac Sancta Sede, cui licet indigni, auctore Domino præsidemus, pie ac salubriter sancita, & ordinata noscuntur, ea ut perpetuo firma, illibataque permaneant, non solum consensus approbationis, & innovationis nostræ munimine roboranda, sed etiam declarationis præsidio, quatenus expedire visum sit, fulcienda censemus, & præcipue muneris nostri esse ducimus ea, quæ a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus ad Patrimonii dignitatis, & amplitudinis Sanctæ hujus Sedis conservationem, & incrementum laudabiliter disposita & constituta sunt, in nobismetipsis servare, & aliis servanda tradere, & demonstrare. Sane felicis recordationis Pius PP. V prædecessor noster de consilio, & assensu Venerabilium Fratrum suorum tunc S. R. E. Cardinalium optimam, & saluberrimam Constitutionem edidit, & promulgavit tenoris &c. (*supra est descriptus*); quam quidem Constitutionem piæ mem. Gregorius XIII, Sixius V, & Gregorius XIV, Romani Pontifices pariter prædecessores nostri sicuti in ea cavetur servare jurarunt, ac per eorum litteras approbarunt, & confirmarunt, & innovarunt, prout in illis plenius continetur. Nos itaque, officii, & conscientiæ nostræ debito satisfacere cupientes, Motu proprio, non ad alicujus supplicationem, vel super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque deliberatione nostra, in hoc primo secre-

to Consistorio, quod cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus habemus, Constitutionem prædictam, & omnia in ea contenta, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, approbamus, & innovamus, eamque inviolabilis firmitatis robur obtinere, plenamque executionem, & effectum perpetuis futuris temporibus habere decernimus, ac præterea eisdem Motu proprio, scientia, deliberatione, & authoritate, assentientibus, & approbantibus eisdem S. R. E. Cardinalibus declaramus eadem Constitutione prohibitam fuisse, ac prohiberi omnem, & quamcumque infeudationem, alienationem Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & locorum prædictorum eidem Sedi tam immediate, quam immediate subjectorum, non solum ne fiat, neve attentetur post eorum devolutionem, sed etiam antequam devolvantur, ac omnem, & quamcunque in perpetuum, vel ad tempus prorogationem, & extensionem, infeudationem investiturarum, ac concessionum de dictis Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis nondum finitarum, ipsorumque incorporationem quoad effectum impediendæ alienationis, prorogationis, & extensionis hujusmodi non a die eorum devolutionis, sed a die ipsius Constitutionis, & etiam antequam illa devolvantur ipso jure cum omnibus clausulis, & decretis in prædicta Constitutione contentis Cameræ, & Sedi Apostolicæ factam censeri, Insuper volumus, & declaramus, ut promissio, & juramentum præstitum, & præstandum de servanda eadem Pii prædecessoris prædicti Constitutione per Nos, & Romanos Pontifices successores Nostros, ac S. R. E. Cardinales intelligatur de ipsa Pii prædecessoris Constitutione, ut supra per Nos declarata, & secundum hanc nostram declarationem eandem Constitutionem ad unguem, & inviolate observari oportere, ac debere, sicuti & Nos servaturos esse promittimus, ac sancte, & solemni more juramus, & ita per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Cameræ præfatæ Præsidentes Clericos, Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales in quavis causa, & instantia sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, declarari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his per quoscumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, ac præsentes nostras literas in libello, in quo ipsa Constitutio Pii prædecessoris continetur,

netur, ac in libro Quinterno appellato Cancellariæ Apostolicæ describi mandamus, non obstantibus iis, quæ idem Pius prædecessor voluit, non obstare, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, innovationis, declarationis, voluntatis, decreti, promissionis, juramenti, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo primo, pridie nonas Novembris, Pontificatus Nostri Anno Primo. Nihilominus quia nonnullæ pro varietate casuum contingentium successivis temporibus excitatæ fuerunt dubitationes, ac impropriæ forsan subsequutæ interpretationes, propterea ut hæ quoque cessent, & removeantur, congruum fore duximus, easdem literas in præsentia comprobare, innovare, & confirmare, ac verum illarum sensum exponere, & quatenus opus sit de novo decernere. Hac igitur nostra perpetuo valitura Constitutione, Motu proprio, non ad alicujus supplicationem, vel super hoc oblatæ Nobis petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, & ex certa scientia nostra, easdem prædecessorum, & specialiter præinsertas Pii V, & Innocentii IX, ac omnia in eis contenta, auctoritate Apostolica tenore præsentium comprobamus, confirmamus, & innovamus, easque inconcussæ, & validissimæ firmitatis robur, plenamque executionem, & effectum perpetuis etiam futuris temporibus obtinere, & ab omnibus inviolabiliter servari decernimus, præcipimus, & mandamus. Præterea ne in posterum germanus earundem Literarum sensus in dubium revocari, & a conditoris mente recedi contingat, motu, scientia, & deliberatione paribus, & de potestatis Apostolicæ plenitudine habita super hoc cum Venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus consultatione matura, & singulorum auditis sententiis in nostro Consistorio secreto, ac etiam extra, oretenus, & in scriptis de eorum consilio, & assensu declaramus, prædictas Pii V Litteras comprehendere non solum Principatus, Ducatus, Civitates, Castra, Oppida, Terras, Arces, Dominia, & loca jurisdictionales, & jurisdictionalia Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Sedis Apostolicæ in Feudum, Vicariatum, vel alium titulum tunc concessas,

& concessa, ac etiam alias aliquando, & pluries concedi solitas, & solita quocunque tempore ad Cameram Apostolicam devolutam, verum illas quoque, & illa, quæ nunquam antea in Feudum, vel alio titulo concessa, sed per Cameram, & Sedem Apostolicam immediate possessa fuerunt, vel tunc possidebantur, prout etiam felicis recordationis Clemens VIII Prædecessor noster suo Consistoriali decreto die xxvi Junii anno 1592, Pontificatus illius primo, declaravit, cujus sequitur tenor. Clemens VIII. Sanctissimus Dominus Noster dixit post editam per san. recordationis Pium PP. V. Sanctitatis Suæ prædecessorem de Fratrum consilio Constitutionem de non alienandis Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis sibi, & Apostolicæ Sedi in temporalibus mediate, & immediate subjectis, etiam ad illud usque tempus in Feudum, atque quemvis alienationis titulum dari solitis ad Sedem prædictam quomodolibet devolutis, & pro tempore devolvendis, gravissimis impositis pœnis contra personas tractantes, consulentes, aut alias verba facientes de hujusmodi Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & locorum infeudationibus, etiam sub prætextu necessitatis, & evidentis utilitatis, sive illas insinuantes, & suadentes, prout in ipsa Constitutione sub datum quarto Kal. Aprilis Pontificatus sui Anno Secundo edita, sæpius postmodum per prædecessores suos, ac novissime per Sanctitatem Suam comprobata latius continentur piæ mem. Gregorium XIV itidem prædecessorem suum in Consistorio secreto Romæ apud Sanctum Marcum die Veneris xiii Septembris 1591 habito, sententiis tamen S. R. E. Cardinalium, qui tunc aderant, ac de quorum numero etiam Sanctitas Sua erat, minime requisitis, quinimo multis eorum expresse contradicentibus, declarasse, & decrevisse, Pii prædecessoris Constitutione prædicta non prohiberi Feudum nondum devolutum quando necessitas, aut evidens, & vera Ecclesiæ utilitas postulaverit iterum infeudari, nec juramentum in ea præstitum similem casum comprehendere, ac neminem licite jurare posse, quod contra necessitatem, aut evidentem utilitatem Ecclesiæ sit, sicque prædictam Constitutionem intelligendam judicasse, & definivisse, ita ut nemini postea de ea aliter quam tunc ab ipso declaratum fuit loqui, & scribere liceret, prout in eodem decreto, & declaratione plenius continetur. Verum quia re ipsa compertum est, quod fere omnes alienationes Terrarum, Civitatum, Oppidorum, locorum hujusmodi ha-

hactenus factæ, ex quibus magna læsio, & imminutio patrimonii, ac existimationis S. R. E. secuta est, etiam sub prætextu, & colore veræ & evidentis necessitatis, vel utilitatis prædecessoribus Sanctitatis Suæ insinuatæ fuerint, cum tamen vix ulla necessitas excogitari possit, cui ex aliis bonis, aut redditibus, & proventibus quam Constitutione prædicta alienari prohibitis subveniri nequeat, vix etiam ulla dari posset utilitas, cui non præponderet recuperatio, & realis reintegratio in Patrimonium S. R. E. earumdem Civitatum, & Locorum hucusque alienatorum, cumque hujusmodi casus absolutæ necessitatis aut veræ, & evidentis utilitatis facilius mente, atque animo concipi, & effingi, quam usuvenire possint, multo magis expedire omnium prorsus alienationum, & investiturarum, prorogationum, & aliarum concessionum quomodocumque, & sub quibuscumque causis, & prætextibus attentandi viam omnino præcludere, quam ob rarissimos casus, qui vix unquam contingere possunt, apertam relinquere, cumque lucrum in tempore negligere maximum quandoque sit Ecclesiæ lucrum, utilius esse radices omnes, ex quibus hujusmodi alienationes provenire valeant penitus evellere, quam ex eo quod aliquando possit earum aliqua utilis esse, occasionem præbere, ut multæ præjudiciales, & damnosæ fiant, cui absurdo, atque incommodo ipsum Pium prædecessorem præfatum dicta Constitutione non immerito occurrere voluisse, qui longe plures, & graviores jacturas ex multis perniciosis distractionibus sequi posse censuit, quam utilitates ex paucissimis, si quæ unquam contingerent, fructuosæ, Proinde Sanctitas Sua habita super hoc cum Venerabilibus Fratribus S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura, & singulorum auditis sententiis, de eorum consilio, & unanimi assensu decretum, & declarationem superius memoratam fel. record. Gregorii XIV tanquam destruens prædicti Pii Constitutionem, alienandique occasionem præbens, ac minime necessariam, & desuper forsan confectas litteras, quarum omnium tenor haberi voluit pro expressis, ac ad verbum insertis, auctoritate Apostolica revocavit, abrogavit, cassavit, & annullavit, perinde ac si nunquam emanassent, declarans, dicta Constitutione prohiberi Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Feudorum, & Locorum in ea contentorum, tam quæ nunquam antea in Feudum concessa, quam quæ alias sæpius etiam alienata, vel infeudata, ac postmodum devoluta, aut

etiam

etiam nondum devoluta fuerunt, alienationes, infeudationes, & prorogationes, & extensiones investiturarum, Feudorum, & concessionum, etiam ex causa necessitatis, aut evidentis & veræ utilitatis factas, & faciendas, juramentum quoque super ejusdem Constitutionis observatione per Sanctitatem Suam, & Successores suos, ac S. R. E. Card. præstitum, & præstandum, casum hunc necessitatis etiam absolutæ, & evidentis, & veræ utilitatis omnino comprehendere, nec propterea aliquid illicitum jurari, aut quod contra necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ sit, sed quod rationi consonum, atque è re illius est, ac summopere conducit, prout eadem auctoritate declaravit, statuit, & decrevit cum clausulis, & derogationibus opportunis. Actum Romæ in Monte Quirinali die xxvi Junii 1592 in Consistorio secreto. Pariterque declaramus sub eadem Constitutione comprehensa fuisse, & comprehendi Principatus, Ducatus, Civitates, Castra, Oppida, Terras, Arces, Dominia, & Loca jurisdictionales, & jurisdictionalia, non tantum ad Sanctam Romanam Ecclesiam, & Sedem, & Cameram Apostolicam eo tempore devoluta, aut alio quocunque titulo quomodolibet acquisita, sed quæ post eam usque in præsentia, & in futurum successivis temporibus in perpetuum sive devolutionis, sive alio quovis titulo quomodolibet acquisita fuerant, acquirentur, salvis tamen Constitutionibus editis pro bonis confiscatis a fel. rec. Gregorio XIII, quinto idus Julii anno 1580, ejus Pontificatus Nono, & Sixti V, Kal. Julii, anno 1585 ejus Pontificatus Primo, quibus cautum fuit, Ducatus, Dominia, Vicariatus, Gubernia, Feuda, aliaque bona ad prædictam Sedem, & Cameram Apostolicam ratione delictorum, & confiscationum in casibus in eis statutis delata sub eadem Pii V Constitutione super hujusmodi dominiis, & jurisdictionibus in Feudum, aut alias non concedendis, nec alienandis edita, minime comprehendi; declarantes tamen illas intelligendas esse, prout intelligi decernimus, & mandamus, ut Principatus, Ducatus, Civitates, Castra, Oppida, Terræ, Arces, Loca, Dominia, Vicariatus, Gubernia, Feuda, & Loca jurisdictionalia in illis comprehensa, & ex earum dispositione confiscata, & confiscanda non subjaceant, neque subjacere debeant prædictis Litteris Pii V pro eo tempore solum quo delinquens, seu delinquentes vixerint, & investituræ, si quæ antea concessæ fuerunt, durabunt, ac personæ, seu lineæ in illis comprehensæ supererunt,

runt, & salvis etiam pactis in ipsis investituris contentis. Insuper eisdem motu, scientia, deliberatione, ac potestate declaramus, dispositionem prædicti recol. mem. Clementis VIII in eisdem Litteris septimo Kal. Julii, anno 1596 ejus Pontificatus Quinto, in quibus decrevit, Civitates, Terras, Castra, & Loca jurisdictionalia per Cameram Apostolicam in vim ejusdem Constitutionis emenda, & acquirenda, in dicta præcedenti Constitutione Pii V per triennium a die illatum venditionis computandum, minime comprehendi debere, ita intelligendam esse, ut statim finito dicto triennio, quatenus eo durante non fuerit deventum ad illorum veram, propriam, & effectualem alienationem, Civitates, Castra, Terræ, & Loca prædicta ipso jure, & facto censeantur unita, & incorporata eidem Sedi, & Cameræ Apostolicæ, atque subjecta, & comprehensa in prædictis Pii V Litteris, etiam nulla alia facta declaratione, acceptatione, seu decreto; itant dictus terminus trium annorum nullo pacto suspendi, prorogari, vel aliter impediri, aut retardari possit cursus illius, neque incorporatio, comprehensio, & subjectio prædicta: & ita servandum esse decernimus, & mandamus. Postremo statuimus, ut sicut Nos præinsertas Pii V, ac Innocentii IV, & Clementis VIII Litteras, seu decretum sub die xxvi Junii 1592, & omnes, & singulas Constitutiones, & Decreta, tam ejusdem Clementis, quam aliorum Pontificum prædecessorum nostrorum, quibus Civitates, Castra, Oppida, & alia Loca, & bona hujusmodi jurisdictionalia Sedi, & Camaræ Apostolicæ quocunque tempore unita, & incorporata, ac prædictis litteris Pii V subjecta fuerunt, & specialiter decretum a Nobis die xx Decembris proxime præteriti in nostro Consistorio secreto, assentientibus pariter, & approbantibus Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus factum super incorporatione, ac subjectione Ducatus Castri, & Oppidorum Roncilionis, Valeriani, & aliorum omnium locorum, & bonorum jurisdictionalium, quæ a rec. me. Innocentio V prædecessore nostro sibi, & eidem Cameræ Apostolicæ acquisita ex Instrumentis respective rogatis per Acta Bartholomæi Brunori die 7 Octobris 1649, & Francisci Lucatelli Camaræ Apostolicæ, & Caroli Vipera Capitolii Notariorum die xix Decembris ejusdem anni, ac præsentem nostram Constitutionem inviolate servaturos promittimus, & sancte, ac solemni more juramus, & Cardinales omnes, & singuli præsentes in eodem Consistorio

no-

nostro hodierna die, ut moris est, habito pariter jurejurando promiserunt juxta formam, & tenorem juramenti pro observatione prædictæ Pii V per eos antea præstiti, & ita absentes a Consistorio in eorum habitationibus, & a Curia quandocunque ad eam se contulerint, *ac futuri pro tempore Cardinales in sumptione pilei*, & deinde in Conclavi, ac etiam post assumptionem ad Pontificatum in manibus Cardinalis Vice-Cancellarii pariformiter promittere, & jurare debeant easdem omnes, & singulas Constitutiones, & hanc nostram quatenus in eis erit observare, illisque non contravenire, nec Pontificibus contrafacientibus consentire, & absolutionem a juramento præstito non petere, nec oblatam, aut concessam acceptare, *ac jusjurandum hujusmodi in formula juramenti per eosdem Cardinales præstari soliti adjungi, & inseri debere*, ac contrafacientes pœnam perjurii, ac perpetuæ infamiæ juris, & facti eo ipso incurrere decernimus. Præterea quod ipsi Cardinales, occurrente Sedis Apostolicæ vacatione, in Conclavi quando de observandis Litteris recol. mem. Julii Papæ II Prædecessoris nostri super electione Romani Pontificis, & aliis Constitutionibus juramentum præstare solent, etiam de inviolabiliter observandis prædictis, ac præsenti Constitutione nostra per quemlibet eorum, qui in Romanum Pontificem electus fuerit, & postmodum idem ad Summi Pontificatus fastigium assumptus, post ejus assumptionem hoc ipsum ad majorem cautelam promittere, ac jurare, ac deinde post coronationem suam, promissionem, & juramentum hujusmodi per litteras suas speciales harum confirmatorias reiterare debeat, quod si illud a Pontifice, quod credendum non est, recusabitur, aut differetur, tunc dicti Cardinales in primo Consistorio secreto, & præcipue eorum Decanus, & capita Ordinum, apud eum omni cum instantia, & instantissime pro præsentium observatione petere, & rogare, ac obtestari non cessent, idque ut omnino efficiat diligentissime curare studeant, statuimus, & ordinamus. Decernentes præsentes Litteras sub quibusvis revocationibus, cassationibus, derogationibus, ac aliis contrariis dispositionibus sub quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis pro tempore quomodolibet factis, & faciendis, minime comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, & de novo concessas esse, & censeri. & ita per quoscunque Judi-

ces

ces Ordinarios & Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Cameræ prædictæ Præsidentes, & Clericos, Causarum Palatii Apost. Auditores, ac S. R. E. Cardinales in quavis causa, & instantia, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his per quoscumq., quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ac præsentes nostras litteras in libello quo ipsa Constitutio Pii V Prædecessoris continetur, ac in libro Quinterno appellato Cancellariæ Apostolicæ describi mandamus. Non obstan. Constitutionibus, ordinationibus Apostolicis, ac Civitatum, & Locorum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, & aliis, quæ idem Pius prædecessor voluit non obstare, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, innovationis, declarationis voluntatis, decreti, promissionis, ac juramenti, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo, nono Kal. Novembris, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

✠ Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus promitto, voveo, & juro.

†

† *Ego Franciscus Episcopus Portuensis Cardinalis Barberinus Vice Cancellarius, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Bernardinus Episcopus Prænestin. Card. Spada, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego I. Episcopus Sabinen. Card. Sacchettus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego M. Episcopus Alban. Card. Ginettus, promitto, voveo, & juro.*

†

†

†

† *Ego Hieronymus Tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Card. Columna, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Jo. Baptista Tit. S. Mariæ Transtyberim Card. Pallottus, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego Uldericus Tit. S. Petri ad Vincula Card. Carpineus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego M. Ant. Tit. S. Mariæ de Pace Card. Franciottus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Steph. Tit. S. Laurentii in Pane, & Perna Card. Duratius, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego F. Vincentius Maculanus Tit. S. Clementis Card. S. Clementis, promitto, voveo, & juro.*

†

†

† *Ego Hieronymus Tit. SS. Trinitatis in Monte Pincio Presb. Card. Grimaldus, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego Angelus Tit. SS. Quirici, & Judittæ Ppresbyter Cardinalis Giorius, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego N. Cardinalis Ludovisius M. Pœnitentiarius, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego Federicus S. Anastasiæ Presbyter Card. Sfortia, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Benedictus Tit. S. Onuphrii Card. Odescolcus, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego Camillus Tit. S. Petri in monte Aureo Card. Astallius, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego Aloysius Tit. Sancti Alexii Card. Homodeus, promitto, voveo, & jura.*

†

† *Ego Jacobus Tit. S. Mariæ Transpontinæ Presbyter Cardinalis Corradus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Laurentius Tit. S. Chrisogoni Card. Imperialis, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Gibertus Tit. SS. Joannis, & Pauli Card. Borromæus, promitto, voveo, & juro.*

† Ego

† *Ego Marcellus Tit. S. Stephani in Monte Cœlio Card. Sancto Crucis, promitto, voveo, & juro.*
† *Ego Boccius Tit. SS. Nerei, & Achillei Card. Aldabrandinus, promitto, voveo, & juro.*
† *Ego Jo: Baptista Spado Tit. S. Marcelli Card. S. Susanna, promitto, voveo, & juro.*
† *Ego Franciscus Tit. S. Moria in Via Card. Albicius, promitto, voveo, & juro.*
† *Ego Octavius Tit. S. Cecilia Card. de Aquaviva, promitto, voveo, & juro.*
† *Ego Flovius Tit. S. Maria de Populo Card. Chisius, promitto, voveo, & jure.*
†
†
† *Ego Julius Tit. S. Xysti Presbyter Card. Rospigliosius, promitto, voveo, & juro.*
† *Ego Nicolaus Tit. S. Eusebii Presbyter Card. a Balneo, promitto, voveo. & juro.*
†
†
† *Ego F. Tit. S. Jo: Ante Portam Latinam Presb. Card. Paulutius, promitto, voveo, & juro.*
† *Ego Sfortia Presb. Card. Pallavicinus Tit. S. Salvatoris de Lauro, promitto, voveo, & juto.*
†
†
†
†
†
†
† *Ego Virginius S. Maria in Via Lota Diaconus Cardinalis Ursinus, promitto, voveo, & juro.*
† *Ego R. Card. Diaconus S. Nicolai in Carcere Tulliano, promitto, voveo & juro.*
†
† *Ego Paulus Æmilius S. Moria in Cosmedin Diaconus Cardinalis Rondininus, promitto, voveo, & juro.*
†
† *Ego Laurentius S. Eustachii Diaconus Cardinalis Reggius promitto, & juro.*
†
†

† *Ego*

† *Ego Carolus S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Card. Carolus Barberinus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Carolus S. Mariæ in Dominica Diaconus Card. Pius, pormitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego Decius S. Adriani Diaconus Card. Azzolinus, promitto, voveo, & juro.*

†

†

† *Ego Franciscus Maria SS. Viti, & Modesti Diaconus Cardinalis Mancinus, promitto, voveo, & juro.*

†

†

S. Ugolinus.

VISA

De Curia P. Ciampinus.

Loco ✠ Plumbi.

P. Campinus.

INDEX RERUM

Quæ in hoc Volumine continentur.

ACCESSUS *fit ſemel in unoquoque Scrutinio, nec per Acceſſum tollitur ſuffragium datum in ipſomet Scrutinio.* Fol. 45
Quando, & quomodo fiat ibid. & latius. 74
In Acceſſu plures nominare non licet. 45, & 74
Schedulæ Acceſſus forma quæ ſit. 62
Schedulæ Acceſſus exemplum. 64
In Schedulæ Acceſſus ſcriptione præcepta obſervanda. 45, & 74
Collatio Acceſſus cum Scrutinio quomodo fiat. 75
Per Acceſſum non receditur a nominato in Scrutinio. 46
ADNOTATIO *Sigillorum, Signorum, ac Schedularum quomodo fiat.* 75
AMBITUS, *præſertim circa Pontificatum Romanum quam ſit deteſtabilis.* 21
Pœnarum ejus innovatio. 22
Et aggravatio. 23
Complices hujus delicti niſi revelaverint, eiſdem pœnis puniuntur. 24
ANTESCRUTINIUM *quid, & quot ejus actus.* 62
APERITIO *Sigillorum, Signorum, ac Schedularum quomodo fiat,* 44

Et latius. 75
CALICES *duo ſunt neceſſarii pro Scrutinio.* 71
CAMERARII *Officium non exſpirat morte* PAPÆ. 11
Ipſius, & Officialium ejus poteſtas. 31
CAPITULA, *quæ fieri ſolent ante electionem, quando fieri poſſint.* 59
CAPSULÆ *pro votis infirmorum forma* 46
& latius 72
CARDINALES *abſentes ad electionem* PAPÆ *per decem dies expectantur.* 6, & 28
Cardinales prætextu cenſurarum non repelluntur ab electione ROMANI PONTIFICIS *activa, vel paſſiva.* 12, & 38
Cardinales abſentes ſupervenientes, in Conclave admittuntur. 8
Cardinales in Conclavi poſſunt habere duos ſervientes Clericos, vel Laicos. 14, & 34
Cardinales nolentes ingredi Conclave quam pœnam incurrant. 7, & 29
Cardinales ſaltem in Ordine Diaconatus, non conſtituti non ferunt ſuffragium in electione Romani Pontificis. 36, & 59

I Ni-

Niſi privilegio Pontificio mutantur. 59
Cardinales non convenientes ad Scrutinium post ſonum campanulæ qua pœna plectantur. 48
Decretum Pii V de Cardinali habente in Sede vacante os clausum. 59
CELLÆ *Conclavis ſorte distribuuntur Cardinalibus.* 33, & 58
Cortinarum usus in cellis Cardinalium a Clemente VI permissus. 14
CIBI *Cardinalium in Conclavi existentium.* 7, 14, & 35
Cibos, & epulas Card. inspicere ob quam causam Prælati Concl. debeant. 36
COLLATIO *Accessus cum Scrutinio quomodo fiat.* 75
Forma folii impressi habendi a Cardinalibus pro collatione Accessus cum Scrutinio. 76
COLLEGIUM *Cardinalium Sede vacante quam jurisdictionem, & potestatem habeat.* 11
Collegio Cardinalium quando Officiales Romanæ Curiæ, & Castellanus Arcis S. Angeli obedire non teneantur. 30
COMBUSTIO *Schedularum quando facienda.* 78
COMPROMISSUM. *Electio per compromissum quomodo fiat.* 60
Electionis per compromissum requisita. 60
Compromissi exemplum. 60
Protestatio facienda per Compromissarios ad electionem Romani Pontificis deputatos. 60
CONCLAVIS *institutio, & usus.* 6
Si contingat, Cardinales omnes Conclave exire, quid agendum. 12
Apud Conclave habitare, vel morari prohibitum. 33
Officialium Conclavis numerus. 34
Conclave quo hora claudendum. 58
Et quomodo intelligatur clausum ad effectum validitatis electionis. 58
Clausura Conclavis publicum debet fieri documentum. 58
Conclave quando ingrediantur Cardinales. 57
Quo Ritu ingrediantur. 57
Cura clausuræ Conclavis ad quos pertineat. 31, & 33
Visitatio clausuræ Conclavis per quos facienda. 33
CONCLAVISTÆ *a Cardinalibus approbandi.* 34
Conclavistarum recognitio quomodo fiat. 58
Conclavistæ egredientes Conclave, ulterius non ingrediuntur. 36
In Congregationibus Cardinalium Sede vacante qui proponant occurrentes necessitates. 31
CONSTITUTIO *Pauli IV contra ambientes* PAPATUM *im-*

impugnari non potest ut iniquo, vel illicito sub pœnis, de quibus. 24
Constitutio *Pii IV non potest mutari per Cardinales.* 37
Constitutionis *Gregorianæ causæ.* 41
Constitutionis *Gregorianæ transgressores quibus pœnis puniantur.* 46
Constitutio *Gregoriana non potest a Cardinalibus immutari:* 49
Constitutio *Gregoriana quoties, & quando jurando.* 51, & 58
Constitutionibus *de* ROMANI PONTIFICIS *electione non derogatur per Constitutionem Gregorianam, nisi in expressis in ea.* 51
CONVENTIONES, *& alia similia inter Cardinales in negotiis electionis prohibentur, & annullantur.* 9, 37, & 48
CORONATIO. *Ante coronationem* PAPA *est verus* PAPA, *& habet Ecclesiæ administrationem.* 4
CURIA: *Qui ad Curiam mittere, vel ire tenentur, non excusantur ob vacationem Sedis Apostolicæ.* 13
DATARII *Officium expirat morte* PAPÆ. 32
DECANUS *Sacri Collegii ante electionem sermonem habet ad Patres.* 58
DECRETUM *Pii V de Cardinali habente Sede vacante os clausum.* 59
DEPOSITIO. *Schedularum depositio seorsum.* 71
DIFFERENTIA. *Schedularum Scrutinii, & Accessus differentiæ.* 61, 62, & 74
DISCI *in quibus ponendæ sunt, vel deferendæ schedulæ.* 72
Discus parvus necessarius pro Scrutinio Infirmorum. 72
DISTRICTUS. *Verbum* districtus *positum in Decretali (ubi periculum) quid significet.* 12
ELECTIO PAPÆ *celeriter est celebranda.* 7
Electio PAPÆ *ad quos pertineret tempore Nicolai II.* 2
Electione PAPÆ *pendente, quando Cardinales possint se in aliis negotiis intromittere:* 7, & 29
Electio PAPÆ *ubi facienda, quando* PAPA *moritur extra Civitatem, in qua erat Curia.* 8
Electio per compromissum quomodo fiat, & ejus requisita. 42, & 60
Pontifices qui de Romani Pontificis electione Constitutiones ediderunt. 27
Cardinales in electione Romani Pontificis quomodo se gerere debeant. 26, & 50
Electionis Romani Pontificis tres tantum formæ. 42, & 60
Electio PAPÆ *non potest fie-*

fieri, niſi in Conclavi, & eo clauſo. 59
Conclave *clauſum quomodo intelligatur ad effectum validitatis electionis.* 59
Electio per Scrutinium debet fieri per ſecreta ſchedulorum ſuffragia. 42
Electiones eorum, qui paria ſuffragia obtinent, annullantur. 43, & 77
Electio Romani Pontificis quando nulla ob non ſervatam formam Gregorianæ Conſtitutionis. 48
Secretum in electione Romani Pontificis ſervandum. 49
Electionis, quaſi per inſpirationem, Requiſita. 43, & 77
Electionis, quaſi per inſpirationem, exemplum. 60
Suffragia, quæ quiſque Cardinalis in electione obtinuit in ſummam redigendo. 73
Electio quando perfecta dicatur. 5, & latius 77
Electus *a duobus tertiis partibus Card. nulla exceptione obſtante erit verus* Papa *jux. c. Licet.* 5
Electi perſona ſi præſens ſit in Conclavi, in numerum Cardinalium computatur. 45, & 77
Electus a duobus tertiis partibus Cardinalium præciſe, an, & quando ſit legitimus Papa. 3
Electi in Papam *contra formam Decreti Nicolai II pœnæ.* 4
Inter plures electos, qui præferatur. 43, & 77
Eligens. *Nomen eligentis quando aperiendum.* 44, & 77
Eligere. *Nemo poteſt ſeipſum eligere.* 43, & 77
Excommissæ *ſuper electione Romani Pontificis damnantur.* 35
Excommunicatio. *Excommunicantur Cardinales, qui contraveniunt Conſtitutioni Julii II de ſimoniaca electione* Papæ. 20
Excommunicantur Cardinales non ſervantes Conſtitutionem Gregorii XV. 49
Executores *Conſtitutionis Pii IV qui ſunt.* 50
Conſtitutionis Gregorianæ executores. 50
Exequiæ *Pontificis defuncti per novem dies continuos a Cardinalibus peragendæ.* 28, & 57
Exequiæ Pontificis defuncti quando poſſint omitti. 28
Exequiorum Pontificis defuncti impenſæ. 28
Folium. *Folii impreſſi habendi a Cardinalibus pro collatione Acceſſus cum Scrutinio formo.* 76
Jejunium *indicendum eſt a Prælatis Eccleſiarum pro celeri, & optimo electione Romani Pontificis.* 10
Impensæ *Sede vacante quæ fieri debeant, vel poſſint.* 30

Im-

INFIRMI Card., qui exierint, poſſunt in Conclave reverti. 7
Cardinales infirmi, vel valetudinarii poſſunt in Conclavi tres servientes habere. 34
Infirmi Card. quomodo ſuffragia ferant. 46, & latius 72
Infirmi Cardinales, qui nequeunt ſcribere, per alium ſuffragii ſchedulam conficere poſſunt. 47, & 72
Capſulæ pro votis infirmorum forma. 72
Infirmarii ſorte extrahendi, & quot. 47, & 72
Infirmariorum Officium. 47
INSERTIO Schedularum in filum: 74
INSPIRATIO. *Electionis quaſi per inſpirationem Requiſita.* 60
Electionis quaſi per inſpirationem exemplum. 60
JURAMENTA *inter Cardinales in negotio electionis prohibentur, & annullantur.* 9
Juramenti præſtandi a Cardinalibus in ſuffragiis ferendis forma. 43, & 71
LITTERÆ *ad eos, qui ſunt in Conclavi clauſo, vel è contra ad eos, qui ſunt extra, prohibentur.* 7, & 35
MAGISTRI *Cæremoniarum poſſunt habere unum ſervientem in Conclavi.* 58
MISSA *de Spiritu Sancto quando, & ubi, & per quem Cardinalem celebranda.* 29
sed latius 75
NOMEN *eligentis quando aperiendum.* 44, & 77
NULLITAS, *Electio Romani Pontificis quando nulla ob non ſervatam formam Gregorianæ Conſtitutionis.* 48
NUMERATIO *Schedularum quomodo fiat.* 47, & 73
Numeratio ſuffragiorum quomodo fiat. 75
NUMERUS *Schedularum ſi non reſpondeat numero Cardinal. quid agendum.* 47, & 73
NUNCII *ad eos, qui ſunt in Conclavi clauſo, vel è contra ad eos, qui ſunt, extra, prohibentur* 7, & 35
ORATIO *pro futuri Pontificis electione recte, & rite peragenda quando, & per quem habenda.* 57
Orationes indicenda ſunt a Prælatis Eccleſiarum pro celeri & optima electione Romani Pontificis. 10
PACTA, *& alia ſimilia inter Cardinales in negotio electionis prohibentur, & annullantur.* 9, & 37
PAPA *ſuperſtite, eoque inconſulto de futuri Pontificis electione tractari non poteſt ſub pœnis, de quibus.* 1, & 21
Complicibus in tractatu de futuri Pontificis electione vivente PAPA, *& eo in-*

consulto, si revelaverint, premium, & impunitas detur. 1, & 24
PATENA *necessario pro Scrutinio.* 72
PERMIXTIO *Schedularum quomodo fiat.* 73
PROMISSIONES *etiam juramento firmatæ prohibentur circa electionem Romani Pontificis.* 9, & 37
POENITENTIARIORUM *officium non expirat morte* PAPÆ. 11
Eorum potestas. 32
PROTESTATIO *facienda per Compromissarios ad electionem Romani Pontificis deputatos.* 61
POSTSCRUTINIUM *quid, & ejus actus.* 74
PRÆPARATIO *Schedularum quomodo fiat per Ceremoniarios Clericos.* 62
PUBLICATIO *Scrutinii quomodo fiat.* 73
RECOGNITIO *Scrutinii quomodo fiat.* 77
RECOGNITORES *revelantes secretum in officio suo exercendo cognitum, quomodo puniantur.* 47
Recognitores quot, quomodo, & quando extrahendi. 47
& latius 77
SCHEDULÆ *Accessus forma quæ sit.* 63
Schedulæ Accessus exemplum. 63
In Schedulæ Accessus scriptione præcepta observanda. 43
& latius 67
Schedulæ deletio quomodo fiat. 71
Schedularum combustio quando facienda. 77
Schedulæ complicatio quomodo fiat. 44, & 71
Schedulæ complicatæ exemplum. 68
Schedularum depositio seorsum. 71
Schedulæ in Calicem quomodo mittantur. 71
Schedularum insertio in filum. 73
Schedularum numeratio quomodo fiat. 46, & 73
Schedularum numero non respondente numero Card. quid agendum. 46, & 73
Schedulæ obsignatio quomodo fiat. 71
Schedularum permixtio quomodo fiat. 73
Schedularum præparatio quomodo fiat per Ceremoniarios Clericos. 62
Schedularum pro suffragiis ferendis formæ quæ, & quid contineant. 43, & 62
Schedularum scriptio quomodo fiat. 44, & 62
Schedulæ scriptæ exemplum. 62, & 68
Schedularum Scrutinii, & Accessus tergum quid contineat. 65
Ejus exemplum. 64
Schedularum Scrutinii, & Accessus differentiæ. 66
Schedulæ Scrutinii forma, quæ sit. 63

Sche-

Schedulæ Scrutinii exemplum. 63

SCRUTATORES *quot, & quomodo extrahendi.* 67

Scrutatores revelantes secretum in officio suo exercendo cognitum, quomodo puniantur. 47

Per Scrutatores quomodo suffragia examinanda. 75

Monitio ad Scrutatores in collatione Accessus cum Scrutinio facienda. 76

SCRUTINIUM. *Plures in uno Scrutinio nominare non licet.* 45

Cardinales non convenientes ad Scrutinium post sonum Campanulæ qua pœna plectuntur. 48

Scrutinium quando reiterandum. 73

Scrutinium simplex, vel cum Accessu quomodo fiat secundum Gregorianam Constitutionem. 45

Scrutinium proprie dictum quid sit, & quot ejus actus. 61

Patena necessaria pro Scrutinio. 71

Discus parvus necessarius pro Scrutinio infirmorum. 71

Scrutinii publicatio quomodo fiat. 73

Collatio Accessus cum Scrutinio quomodo fiat. 75

Scrutinium fit bis in die, mane, & vespere. 47

Semel in uno Scrutinio accedere licet. 46

SECRETARIUS *Sacri Collegii Cardinalium potest in Conclavi habere unum servientem.* 58

SECRETUM *in electione Romani Pontificis servandum.* 49

Secretum servare tenetur qui scribit schedulam pro infirmo Cardinali. 47

SIGILLORUM, *signorum, ac schedularum apertio quomodo fiat.* 75

Sigillorum, & signorum adnotatio quomodo fiat. 75

SIGNA *ad eos, qui sunt in Conclavi clauso, vel è contra ad eos, qui sunt extra, prohibentur.* 7

Signa, & alia similia inter Cardinales in negotio electionis prohibentur. 9, & 37

SIGNATURA. *Cardinalium, & Prælatorum Signaturæ gratiæ, & justitiæ potestas expirat morte* PAPÆ. 32

SIMONIA. *Simoniaca* PAPÆ *electio est nulla.* 16

Simoniace electi in PAPAM *pœna.* 16

Simoniace electus habetur pro Hæresiarca. 16

Simoniaca electio non convalidatur per actus, de quibus. 16

Simoniace electus non est obediendus, 17

Contra simoniace electum potest implorari brachium sæculare. 17

Eligentes PAPAM *per simoniam quibus pœnis plectantur.* 17
Complices simoniacæ electionis PAPÆ *quibus pœnis puniantur.* 18
Obligationes, & sponsiones simoniacæ intervenientes in electione PAPÆ *annullantur.* 18
Cardinales non complices simoniacæ electionis PAPÆ *alium possunt eligere, & Concilium convocare.* 19
SUFFRAGIUM. *Accessus non tollit suffragium datum in Scrutinio.* 19
Suffragia quomodo per Scrutatores examinentur. 46
Numeratio suffragiorum quomodo fiat. 77
Suffragia, quæ quisque Card. in electione obtinuit, in summam redigenda. 44
Suffragiorum publicatio est necessaria. 43
Electiones eorum, qui paria suffragia obtinuerunt annullantur. 43
TERRITORIUM. *Verbum Territorium positum in decretali (ubi periculum) quid significet.* 12
VACATIO SEDIS. *Qui ad Curiam mittere, vel ire tenentur, non excusantur ob vacationem Sedis Apostolicæ.* 12
VALETUDINARIUS. *Cardinales infirmi, vel valetudinarii possunt in Conclavi tres servientes habere.* 34
VESTES *Cardinalium in Conclavi quæ sint.* 59
VISITATIO *clausuræ Conclavis per quos facienda.* 37

FINIS INDICIS.

SAN-

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
DOMINI

INNOCENTII

PAPÆ XII.

CONSTITUTIO

MODERATORIA

Donationum, & Distributionis redditum ecclesiasticorum in Consanguineos, vel Affines ROMANI PONTIFICIS, *seu eorum loco adlectos, ac praescribens cautelas servandas circa signaturas earum gratiarum, quæ aliquando ægrotante Romano Contifice per Concessum fieri dicuntur.*

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANUM decet Pontificem, tanquam fidelem servum, & prudentem, quem constituit Dominus super familiam suam, in Ecclesiæ Catholicæ conspectu actum suum ita ordinare, ut ipse quidem in diebus suis placeat Deo, & inveniatur justus, fiatque forma gregis ex animo, & bonus sit Christi odor in omni loco; Cæteri vero Antistites, & Ecclesiarum Prælati in partem solicitudinis, cujus ei commissa est plenitudo, vocati, aliique Christifideles, quos curæ suæ divinitus creditos in visceribus paternæ gerit charitatis ejus exemplo, atque præceptis caduca Mundi hujus despicere, carnisque, & sanguinis laqueos effugere, ac de bonis, & rebus ecclesiasticis juxta æquitatis, & justitiæ leges disponere, & spiritualium remigio alarum ad cœlestia contendere, atque

evo-

evolare auxiliante Domino condiscant. Hinc ad ea Sacrorum Canonum instituta, quæ Episcopis, ne bonis, & redditibus Ecclesiæ Consanguineos suos augere studeant, interdicunt, considerationis nostræ aciem convertentes, eam Nobis in suprema B. Petri Apostolorum Principis, cui caro, & sanguis non revelavit, Sede constitutis, ab ipso Pontificatus Nostri primordio servandam proposuimus, & hactenus Deo adjuvante servare studuimus disciplinam, ut in bonorum, & redditUum ad hanc Sanctam Sedem, & Cameram nostram Apostolicam spectantium distributione Justitiæ, atque Prudentiæ leges, & regulas accurate custodientes, summam meritorum, nullam autem carnis, & sanguinis, aut cujuscumque humani affectus rationem haberemus. Et licet in Dei misericordia speremus, tales nobis successuros Romanos Pontifices, qui non minus in hac parte, quam in reliquis munus suum impleant, & Ecclesiam universam spiritualium aromatum odore perfundant; nihilominus ea, quæ Nobis licere non patimur, aliis indicare, salubremque in Sancta Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum Matre, & Magistra circa præmissa normam, & legem constituere, atque stabilire decrevimus.

Habita igitur super his cum Venerabilibus Fratribus Nostris ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, ac de illorum consilio pariter & assensu, ad Omnipotentis Dei gloriam, Apostolicæ Sedis honorem, ac Antistitum, Prælatorum, aliorumque Ecclesiasticorum ædificationem, & bonum exemplum, hac nostra perpetuo valitura Constitutione statuimus, atque decernimus, salutarem hanc de cætero in dicta Sancta Romana Ecclesia servari rationem, atque disciplinam, ut nec a Nobis, nec ab ullo Romanorum Pontificum Successorum nostrorum ad favorem nostrorum, sive suorum respective Fratrum, Nepotum, aliorumque quorumcumque Consanguineorum, seu Affinium, sive illorum, quos in locum Nepotum, aliorumque Consanguineorum per cooptationem in familiam, aut aliter adlegi, seu adsciri contigerit, de bonis, pecuniis, Locis Montium vacabilium, & non vacabilium, Officiis venalibus, illorumque pretio, redditibus, rebus, & juribus quibuscumque ad Sedem, & Cameram præfatas quovis modo spectantibus, vel quandocumque spectaturis, etiam ex emolumentis Datariæ, Cancellariæ Apostolicæ, Secretariæ Brevium, Spoliorum Ecclesiasticorum, & quarumcumque Pa-

latii

latii Apostolici portionum, seu distributionum provenientibus, liberalitatis, & donationis, aliove quovis gratuito, seu lucrativo titulo directe, vel indirecte etiam servitiorum, & meritorum, quæ tamen talia non sint, ut ex lege justitiæ eam exigant remunerationem, aliove quolibet colore, seu prætextu, sive etiam super vetam ipsorum servitiorum, & meritorum rationem ullo modo imposterum disponatur.

Quod si Fratres, Nepotes, Consanguinei, vel Affines, seu illorum loco adlecti, sive adsciti præfati inopia laboraverint, poterit Romanus Pontifex pro tempore existens pro timorata sua conscientia illorum paupertatem eodem omnino modo sublevare, quo Pauperum extraneorum inopiæ subvenire fas est.

Ne autem, quod directe prohibetur, indirecte permittatur, magnorum stipendiorum, seu honorariorum nonnullis Sedis prædictæ Officiis, seu muneribus, quæ Consanguineis, vel Affinibus, seu adlectis, vel adscitis præfatis concedi, ut plurimum consueverunt, assignatorum ratione, stipendia, provisiones, sive salaria, & honoraria, & alia quomolibet nuncupari solita emolumenta quæcunque, quæ antehac per Cameram prædictam in Civitate Avenionensi, Comitatu Venayssino Nostris in spiritualibus, & temporalibus Vicario Generali, ac in illis, & vicinis quinque Provinciis ejusdem Sedis de Latere Legato præstari, & solvi plerumque solita, & consueta fuerunt: Superintendentis vero Generalis Negotiorum Sedis Apostolicæ, nec non totius Militiæ, tam equestris, quam pedestris Status nostri Ecclesiastici Gubernatoris, & Capitanei Generalis; itidemque classis, & Triremium Pontificiarum Præfecti, illiusque, & illarum Commissarii, & Locumtenentis Generalis, Arciumque, & Turrium ad Littora Maris tam Adriatici, quam Tyrreni existentium Superintendentis Generalis, Præfecti quoque Generalis utriusque Custodiæ Corporis Romani Pontificis, ejusque Locumtenentis Generalis, item Capellani Arcis Sancti Angeli de Urbe, Gubernatoris, ut altas deputabatur, Civitatis Beneventanæ, cujus tamen Gubernium ad instar aliorum prædicti nostri status, prout in præsentiarum servatur, remaneat, & Arcis Beneventanæ Præfecti; Item Gubernatoris Oppidi Nostri Civitatis Vetulæ, ac demum Perusinæ, Anconitanæ, & novæ Asculanæ respective Arcium Præfecti, seu Castellani, Officia, & munera ipsa cum omnibus, & singulis illorum, & cujuslibet eorum juribus, prærogativis, stipendiis,

sala-

salariis, & emolumentis quibuscumque perpetuo supprimimus, & abolemus, illaque deinceps quomodocumque, & quandocumque renovari prohibemus, nec cuiquam de cætero assignari, & præstari, seu concedi, & conferri respective volumus, atque decernimus. Quod si pro rerum qualitate, temporumque contingentia, manifesta urgensque necessitas munera, seu Officia militaria hujusmodi, vel aliqua ex eis de novo instituì exegerit, Viros ad illa assumi volumus, & mandamus strenuos, & fideles, eximia virtute præstantes, reique militaris apprime peritos, & in illa diuturno, ac probato usu exercitatos, quibus Romanus Pontifex pro tempore existens secundum datam sibi a Domino sapientiam pro ratione laboris, industriæ atque periculi, competentia, & congruentia stipendia assignabit.

Porro si Nostri, Successorumque Nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore existentium Fratres, Nepotes, & alii quicunque Consanguinei, seu Affines, sive veri, sive, ut præfertur, adlecti, & adsciti, vitam ecclesiasticam adlegerint, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, aliorumque Beneficiorum, & Officiorum ecclesiasticorum, ac annuarum pensionum super eorum fructibus consecutionis capaces fuerint, eam in redituum, & proventuum ecclesiasticorum distributione eis facienda servari volumus moderationem, ut nonnisi juxta eorum merita, & non ultra, congruam pro gradus, vel dignitatis, quem, vel quam in Ecclesia obtinuerint, nullo ad consanguinitatem, affinitatem, seu adlectionem erga Romanum Pontificem habito respectu, sustentationem, ejusmodi redditus, & proventus Ecclesiastici eis distribuantur, quo custodita in omnibus ecclesiasticæ disciplinæ, atque Justitiæ distributivæ, regula, nemini relinquatur conquerendi, vel obloquendi occasio, sed ecclesiastica stipendia ministrantibus in Ecclesia Dei æqua lance pro uniuscujusque merito assignentur.

Quoad illos autem ex Fratribus, Nepotibus, aliisque Consanguineis, seu Affinibus Romanorum Pontificum pro tempore existentium præfatorum, sive veris, sive, ut præfertur, adlectis, & adscitis, quos eximiis eorum ita exigentibus meritis ad sublimem Cardinalatus dignitatem assumi contigerit, eam quoque de cætero servari volumus moderationem, ut Ecclesiæ, Monasteria, Commendæ, aliave cujusvis generis beneficia, & Officia ecclesiastica, ac pensiones annuæ super aliorum fructibus unicuique eorumdem respective conferenda,

com-

commendanda, & concedenda, ac reservandæ, & assignandæ, verum valorem annuum duodecim millium scutorum monetæ Romanæ, computatis insimul beneficiorum, & Officiorum quibuscumque fructibus, & pensionum quantitatibus, in totum non excedant. In ea tamen taxatione non comprehendantur emolumenta Officiorum ejusdem Apostolicæ Sedis, & Romanæ Curiæ S. R. E. Cardinalibus demandari, seu concedi solitorum, aliorumque munerum, quæ ipsis non ad vitam, vel in perpetuum, sed ad tempus, seu beneplacitum Romani Pontificis pro tempore existentis demandata, seu concessa fuerint. Declarantes, quod deinceps præfati, qui vitam ecclesiasticam elegerint, seu ad sublimem Cardinalatus dignitatem fuerint assumpti, quoscumque Titulos fructuum reservationibus gravatos, sive præventivas, vel eventitias pensiones ultra moderationem, ut supra respective præscriptam, nullatenus assequi valeant.

Quod si forsan (quod absit) modus circa præmissa sic congruenter, salubriterque præscriptus in posterum excedatur, curæ erit Romanis Pontificibus successoribus, donationes gratuitas, seu lucrativas dispositiones, excessivas subventiones, munerum, & Officiorum, seu illorum stipendiorum, & emolumentorum concessiones, ac redituum, & proventuum ecclesiasticorum distributiones, nec non collationes, Commendas, concessiones, reservationes, & assignationes, aliaque præmissa contra, vel ultra modum, ut præfertur, præscriptum, factas, seu facta rescindere, & revocare, & in nihilum redigere, ac ut præfertur, donata, alargita, concessa, collata, commendata, reservata, & assignata a Consanguineis, & Affinibus, sive variis, sive adlectis, & adscitis præfatis, eorumque æhredibus, & Successoribus respective etiam manu Regia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine vindicare, & auferre, ac Cameræ Apostolicæ applicare, & incorporare, aliisque respective conferre, commendare, concedere, & assignare, ac alias desuper opportune providere, seu disponere.

Quia vero ægrotante Romano Pontifice nonnunquam contigit, ut Signaturæ gratiarum, quæ per Concessum fieri dicuntur, modum illum excederent, quem ipse Romanus Pontifex, dum bene valebat, servare consueverat: statuimus, atque decernimus, ut ii quibus ejusmodi Signaturas per Concessum a Romano Pontifice ægrotante etiam per Chirographum

phum speciale manu ipsius Romani Pontificis subscriptum, vel alias quomodocumque committi contigerit, cujuscumque status, gradus, ordinis, & dignitatis fuerint, etiamsi Cardinalatus honore præfulgeant, nullas hujusmodi gratias signare, vel expedire valeant, nisi fuerint ad illas adhibiti duo ejusdem S. R. E. Cardinales, qui una cum Signatore præfato coram ipsomet Romano Pontifice eas concedente, ac expediri mandante, earumdem Gratiarum supplicationibus, sive minutis, aut chirographis, aliisque concessionum scripturis subscribant, alioquin quidquid secus actum, signatum, gestumve fuerit, nullum, irritum, & invalidum, nulliusque sit roboris, vel momenti, & qui huic saluberrimæ sanctioni contravenerint, ab ipso Romano Pontifice sanitati restituto, vel ejus Successoribus condignis pœnis puniantur.

Ut autem præmissa omnia, & singula perpetuo, & inviolabiliter observentur, volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, ut sicut ejusdem S. R. E. Cardinales in Romana Curia præsentes, hanc Constitutionem, quantum in eis erit, observare, illique non contravenire, nec ullis contrafacientibus etiam Romanis Pontificibus consentire, nec absolutionem a juramento præstito petere, nec oblatam, aut concessam acceptare promiserunt, & jurarunt, idem quoque per absentes ab eadem Curia dictæ S. R. E. Cardinales quandocunque ad eam advenerint, ac per futuros Cardinales in assumptione Pilei promitti, & jurari debeat, promissioque, & juramentum hujusmodi in formula juramenti per eosdem Cardinales præstari soliti adjungatur, & adscribatur. Occurrente autem quandocunque ejusdem Apostolicæ Sedis vacatione iidem Cardinales in Conclavi, quando de observandis felicis recordationis Prædecessorum nostrorum Julii Papæ II. super electione Romani Pontificis, Pii Papæ V ne Civitates, & Loca S. R. E. infeudentur, & Sixti Papæ V de pecuniis in Arce S. Angeli positis inde non amovendis, aliisque nonnullis Constitutionibus Apostolicis juramentum præstare solent, etiam de præsenti Constitutione per quemlibet eorum, qui in Romanum Pontificem electus fuerit, inviolabiliter observanda, & postmodum ipse ad supremi Apostolatus Officium assumptus, post assumptionem hujusmodi hoc ipsum promittere, & jurare debeat, servatis etiam aliis omnibus, & singulis illis, quæ circa juramentum hujusmodi in præfata Sixti prædecessoris Constitutione anno Incarnationis Domi-

minicæ millesimo quingentesimo octuagesimo sexto, undecimo Kalendas Maii Pontificatus sui Anno Primo edita præscribuntur.

Has quoque nostras Litteras in libellum redigi, & post prædictas Julii, Pii, & Sixti, quæ in Conclavi legi solent, aliorumque Prædecessorum nostrorum Constitutiones adjungi, & in Quinterno Cancellariæ nostræ Apostolicæ una cum aliis Constitutionibus Apostolicis adscribi, & ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, dictæque Cancellariæ, & in Acie Campi Floræ de Urbe publicari, ipsarumque præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eamdem prorsus fidem tam in judicio, quam extra illud ubique haberi volumus, quæ iisdem præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum Constitutionis, Suppressionis, Abolitionis, Taxationis, Statutorum, Decretorum, Voluntatum, & Mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, decimo Kal. Julii Pontificatus Nostri Anno Primo.

✠ Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus, promitto, voveo, & juro.

† *Ego Alderanus Episcopus Ostiensis Cardinalis Cybo, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego Jacobus Episcopus Tusculanus Cardinalis Fransonus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego P. Episcopus Prænestinus Card. de Alteriis S. R. E. Camerarius, promitto, voveo, & juro.*

†

†

† *Ego F. Tit. S. Praxedis Presbyter Cardinalis Maidalchinus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego*

† *Ego* Carolus *Tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card. Barberinus, promitto, voveo, & juro.*

†

†

†

† *Ego Nicolaus Tit. S.* Callixti *Presbyter* Card. *Acciajolus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Gaspar. Tit. S. Mariæ Transtyberim Presb. Card.* Carpineus, *promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Cæsar. Tit. SS. Trinitatis in Monte Pincio Presb.* Card. *Destres, promitto, voveo, & juro,*

†

†

† *Ego Franciscus Tit. S. Matthæi in Merulana Presb.* Car*dinalis Nerlius, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Hieronymus Tit. S. Silvestri de Capite Presb. Card. Casanate, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Galeatius Tit. SS. Quirici, & Julittæ Presb.* Card. *Marescottus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Fabricius Tit. S. Chrysogoni Presb. Cardin. Spada, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego P. Thomas Hovardus Tit. S. M. super Minervam Presb. Card. de Norfolcia, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Jo. Baptista Tit. S. Cæciliæ Presb. Card. Spinula, promitto, voveo, & juro,*

†

†

†

† *Ego Fr. Laurentius Basilicæ SS. XII Apostolorum Presb. Card. de Laurea, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Jacobus Tit. S. Mariæ de Aracœli Presb. Card. de Angelis, promitto, voveo, & juro.*

†

†

†

† *Ego M. Antonius Barbadicus Tit. S. Susannæ Presb. Card. S. Susannæ, promitto, voveo, & juro.*

†

†

†

† *Ego Joannes Tit. S. Petri in Monte Aureo Presb. Card. de Goessen. promitto, voveo, & juro.*

†

†

† *Ego P. M. Tit. S. Marcelli Presb. Card. Petruccius, promitto, voveo, & juro.*

†

†

†

† *Ego Joseph Saenz Tit. S. Balbinæ Presb. Card. de Aguirre, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Leander Tit. SS. Nerei, & Achillei Presb. Cardinalis Collaredus Major Pœnitentiarius, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Fortunatus Tit. SS. Joannis, & Pauli Presb. Card. Carafa, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Baudinus Tit. S. Pancratii Presb. Card. Panciaticus, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego Ferdinandus Tit. S. Clementis Presb. Card. de Abdua, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Tussanus Tit. S. Agnetis extra Mœnia Presb. Card. de Janson Forbin, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Jo: Baptista Tit. S. Laurentii in Pane, & Perna Presb. Card. Robinus, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego Jo: B. Tit. S. Anastasiæ Presb. Card. Costagutus, promitto, voveo, & juro.*

†

†

†

†

†

†

†

†

†

† *Ego Urb. S. Mariæ in Via Lata Diaconus Cardinalis Sacchettus, promitto, voveo, & juro.*

†

†

†

† *Ego Fulvius SS. Cosmæ, & Damiani Diaconus Card. Astallis, promitto, voveo, & juro.*

†

†

† *Ego Petrus S. Laurentii in Damaso Diaconus Cardinalis Ottobonus S.R.E. Vice-Cancellarius, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego C. S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis Bichius, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego Aloysius S. Mariæ in Porticu Diaconus Card. Homodeus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Joannes Franciscus S. Adriani Diaconus Card. Albanus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Franciscus S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Cardinal. Barberinus, promitto voveo, & juro.*

† *Ego Laurentius S. Mariæ in Aquiro Diaconus Card. de Alteriis, promitto, voveo, & juro.*

B. Card. Pro-Datarius. J. F. Card. Albanus.

VISA

De Curia J. Sacripantes.

Loco ✠ Plumbi.

D. Ciampinus.

Registrata in Segretaria Brevium.

Anno a Nativitate D. N. Jesu Christi *millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, Indictione decimaquinta, die vero vigesima octava Junii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D.* Innocentii *Divina Providentia* Papæ XII, *Anno primo, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Ecclesiæ S. Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, in Acie Campi Floræ & in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Andream Dominicum Simoncellum ejusdem Sanctissimi D. N.* Papæ *Cursorem.*

Agapitus de Magistris Cursorum Magister.

R I F O R M A

DELLE SPESE

Solite farſi in tempo di Sede vacante, e per il Conclave.

REVERENDISSIMO CARDINAL PALUZZO ALTIERI NOSTRO CAMERLENGO,

AVENDO Noi ſino dal principio del noſtro Pontificato applicato l'animo al ſollievo della noſtra Camera, & alla riforma di molte ſpeſe eceſſive, e ſuperflue, e conſiderato particolarmente, che la san. mem. di Clemente IX, Clemente X, & Innocenzo XI, Noſtri predeceſſori, per rimediare a varj abuſi circa le ſpeſe ſolite farſi nella Sede vacante, avevano inſtituita una Congregazione' particolare di Cardinali, e Prelati ſopra la riforma di quelle, e che ſebbene da detta Congregazione erano ſtati fatti diverſi decreti, ad ogni modo la detta riforma non era mai rimaſta perfezionata, però Noi conoſciuta la neceſſità di perfezionarla, ordinaſſimo a Voi, che con il parere di alcuni Prelati, ed altre Perſone informate vedeſſivo di ridurla a perfezione, ed avendoci poi riferito, che dopo eſſerſi queſta nuova Congregazione unita più, e più volte, e dopo aver maturamente eſaminato tanto i Decreti fatti dalle paſſate Congregazioni, quanto tutte le altre coſe neceſſarie a conſiderarſi, abbia ſtabilito diverſi ordini, e Decreti con i quali ſi dia in gran parte rimedio a detti abuſi, e diſordini, del tenore infraſcritto, cioè = Reſtrictus reſolutionum, & Decretorum factorum in Congregationibus habitis coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Camerario ſuper reformatione expenſarum Conclavis, & Sedis vacantis. Cum alias fuiſſet reſolutum, quod fieret ab aliquo Architecto Modulus fixus, & uniformis pro Mole funebri, ſive Catafalcho Summi Pontificis non excedens in omnibus, & per omnia valorem ſcutorum duorum millium, cum hoc, quod elapſis diebus exequialibus omnia illius ſtylia, & lignamina remanere deberent ſub

 do-

dominio, & dispositione ejusdem Architecti, approbatus fuit Modulus, & partitus propositus a Mathia de Rubeis, juxta Plantam, de qua in folio signato litt. A., sed fuit addita declaratio, quod intra summam dictorum scutorum 2000 intelligantur comprehensa scuta centum quinquaginta solvenda Capitulo Sancti Petri causa, & occasione ejusdem Catafalchi. Secundo, fuerunt approbata decreta alias facta circa reformationem distributionis Cerarum, & Candelarum, quam dictum fuit in posterum faciendam esse Personis, & in quantitate contenta in notula signata litt. B. Tertio, & quia tempore Sedis vacantis Officialibus deputatis ab Eminentissimo Cardinali Camerario consuevit fieri per Cameram Apostolicam certa distributio Pannorum lugubrium, & pecuniarum, hinc Eminentissimus Cardinalis de Alteriis ad præsens Camerarius ad sublevandum publicum ærarium ultro, ac sponte sua se obtulit reformaturum tertiam partem dictorum Officialium, itaut pro dicta tertia parte reformata, & deleta nullas omnino in posterum Reverenda Camera subire debeat expensas. Quarto, quoad alios Officiales Populi Romani non habentes eorum officia titulo oneroso resolutum fuit, dictam distributionem non esse in futurum faciendam, nisi Personis descriptis in lista litt. C. Quinto, resolutum fuit, quod stationes Militum etiam Helveticorum, & Sabellorum fieri solitæ tam in Platea, & Palatio Divi Petri, quam ex utroque latere Pontis Sancti Angeli, reliquique Cancelli per universam Civitatem Leoninam reformari debeant modo, & forma præscriptis in folio dato a D. Columnello Julio Cerruto signato litt. D.; quodque a Ministris Cameralibus fieri procuretur anticipatus partitus cum aliquo idoneo Mercatore, sub obligatione recipiendi eadem lignamina, ad quorum custodiam teneantur Duces eorumdem Militum, sub pœna reficiendi de proprio omnia damna. Sexto, & quoad plumba inservientia pro aquis, & Fontibus Conclavis dictum pariter fuit, ea esse conservanda ad beneficium Cameræ, quodque onus illorum conservationis, & custodiæ dari debeat Duci Militum Sabellorum, sub eadem pœna reficiendi de proprio omnia damna. Septimo, resolutum fuit, quod loco Prandii die quolibet fieri soliti pro Illustrissimis Clericis Cam. Apost. augeantur scuta centum quolibet mense Gubernatori Conclavis ultra solitam provisionem scutorum ducentorum, quodque nullæ aliæ expensæ fiant, tam per Sacrum Palatium, quam per

Ca-

Cameram Apostolicam in retentione Officialium pro dictis Prandiis DD. Clericorum. Octavo, quod Illustrissimi DD. Clerici deputati ad custodiam Sacri Palatii, durante vacatione Sedis nullam Regaliam, seu emolumantum quodcumque recipere debeant causa, & occasione ejusdem custodiæ. Nono, quod scuta centum duodecim cum dimidio singulis decem diebus durante vacatione Sadis per Reverendam Cameram subministrari solita tam Sanatori, quam Conservatoribus, & Priori Populi Romani pro custodia Militum, in posterum amplius non subministrentur, sed tam Senator, quam Conservatores, & Prior contenti sint assignamento aliorum scutorum centom dictis singulis decem diebus eis dari solito, cum quo teneantur etiam dictæ eorom custodiæ prospicere, & satisfacere. Decimo, quod provisiones dari solitæ Capitibus Regionum Urbis, & Ripæ, Procuratori Fiscali, quatuor Maresciallis, & Baroncello dictorum Conservatorum reformentur pro medietate. Uudecimo, quod provisiones infrascriptorum Officialium Conclavis reformentur, ut infra: Aromatarius a scutis 60 ad scuta 40 quodlibet mense. Duo Substituti illius a scutis 20 ad 15. Quatuor Barbitonsores duo a scutis 40 ad scuta 30, alii duo a scutis 36 ad scuta 20. Architectus a scutis 20 ad scuta 12. Faber murarius a scutis 12 ad scuta 9. Faber lignarius a scutis 12 ad scuta 9. Duodecimo, quod omnes recognitiones extraordinariæ in pecunia auctæ post Conclave Alexandri Septimi, ut in lista litt. E; in posterum tollantur, resetvato arbitrio Eminentissimi Camerarii usque ad scuta 100 erogan. inter Personas sibi benevisas per totum Sedis vacantis tempus. Decimotertio, quod omnia Panna lanea, linea, serica, & alia cujusvis qualitatis inservientia pro Baldacchinis, Altaribus, Porteriis, Stratis, Cortinis, Spalleriis, & similibus, conservari debeant pro Floreria Apostolica, & de illis Sacrista, ac Magistri Cæremoniarum teneantur reddere rationem. Decimoquarto, quoad quantitatem, & qualitatem Pannorum lineorum inservientium pro Altaribus utriusque Capellæ dictum fuit, posse deputari aliquem ex Eminentissimis Cardinalibus, qui dignetur superintendere, ne fiant, tam circa prædicta, quam circa alia supellectilia Capellæ expensæ excessivæ. Decimoquinto, quod onus custodiendi Cellas tam Cardinalis ad Paparum promoti, quam Cardinalium absentium pertineat ad omnes Conclavistas, & quod in casum illarum expoliationis, sive

in parte, sive in totum, ultra pœnam excommunicationis majoris soli Summo Pontifici reservatam, aliasque pœnas per Reus incurrendas, damnum illarum defalcari debeat ex donativo scutorum decem millium auri per novum Pontificem eisdem Conclavistis dari solito = Noi avendo letto, e sentito de verbo ad verbum detti Decreti, riputandogli giusti, e necessarj per il sollievo della nostra Camera, abbiamo risoluto di approvarli, e di ordinare, che in avvenire debbano eseguirsi, ed inviolabilmente osservarsi; che però di nostro Moto proprio, certa scienza, e pienezza della nostra potestà, avendo nel presente nostro Chirografo per espresso il tenore della Bolla di Pio IV sopra la riforma delle spese del Conclave, e Sede vacante, le Bolle, e Costituzioni Apostoliche circa le facoltà del Card. Camerlengo in tempo della medesima Sede vacante, gli indulti, e privilegj conceduti al nostro Popolo Romano, ed a qualsivoglia Offizio, ed Offiziale del medesimo etiam in limine erectionis, il solito sin quì praticato, li Decreti, e risoluzioni delle Congregazioni, ed ogni altra cosa necessaria ad esprimersi, ordiniamo a Voi, che per l'avvenire facciate inticramente adempire tutte le cose, che sono tanto espressamente, che virtualmente, e consecutivamente contenute nelle sopraddette risoluzioni, e Decreti, ed ogni una di esse in particolare, dando Voi essecuzione a tutte quelle, che appartengono alla vostra Carica, e facendo, che dalli Offiziali della nostra Camera, e del nostro Sagro Palazzo si esseguischino tutte le altre, che appartengono al loro Ministero, dandogli Noi a quest'effetto tutta quella autorità, e facoltà che bisogna per la pronta, ed intiera essecuzione di tutte le cose suddette, e loro emergenti, e dependenti in amplissima forma, e sopra tutte le medesime cose farete ordini, e mandati, riformarete Rolli, rinoverete Tabelle, pubblicarete Editti, e prenderete tutte quelle provisioni, che stimarete necessarie, ed opportune, perchè così è mente, e volontà nostra espressa. Volendo, e decretando, che il presente nostro Chirografo ammesso, e registrato in Camera alla forma delle Costituzioni Apostoliche, e tutto ciò, che in essecuzione di esso farete, vaglia, ed abbia il suo pieno effetto, e vigore, non ostante qualsivoglia Costituzione, ed ordinazione Apostolica, che disponesse in contrario, e non ostante l'uso praticato anche per lungo tempo dalla nostra Camera nelli Conclavi, e Sedi vacanti passate, antorchè

fos-

fosse stato approvato da qualsivoglia Ordinazione Apostolica; volendo ancora, che così, e non altrimente sempre in ogni tempo futuro si debba giudicare tanto da Voi, quanto da tutti gli altri Tribunali, Camerali, della Sagra Rota, e qualsivoglia altri Giudici Ordinarj, e Delegati, ed anco Legati a Latere, togliendoli Noi ogni facoltà di giudicare in contrario, irritando, ed annullando sino d'ora tutto quello, e quanto si giudicasse, e facesse contro il presente nostro Chirografo, non ostanti le Regole della nostra Cancellaria, e qualsivoglia altre Costituzioni, & Ordinazioni Apostoliche nostre, e de' nostri Predecessori, Leggi, Statuti, usi, stili, consuetudini, ed ogni altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendo quì il tenore per espresso di parola in parola a sufficienza per questa volta solamente deroghiamo.

Dato nel Nostro Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo dì 29 Novembre 1690.

ALEXANDER PAPA OCTAVUS.

Foglio segnato lettera A.

Altezze della Macchina.

Li quattro Candelabri, che saranno alle quattro cantonate della Macchina saranno alti l'uno dal pavimento della Chiesa sino la cima di essi circa palmi 94.

La Macchina di Mezzo sarà alta dal pavimento della Chiesa sino la cima del Regno circa palmi 83.

Divisioni delle misure, e tinte.

Il primo Zoccolo sarà alto palmi $2\frac{1}{4}$, questo si fingerà di bigio antico.

Sodo sopra detto Zoccolo, dove sarà l'Iscrizione per fianco della scalinata sarà alto palmi 9, si fingerà di marmo paonazzo con lettere gialle sbattimentate di scuro.

Dado sopra che giunge al piano, e cima della scalinata alto palmi due, questo si fingerà di giallo antico.

Piedestallo, sopra dove sono l'Arme, questo si fingerà di pietra porta santa, con l'Arme finte d'oro, e sarà alto palmi 11.

Il Candelabro sopra sarà alto dalla cima di detto Piedestallo sino la cima di esso Candelabro palmi settanta, l'anima di mezzo di esso sarà tutta intagliata, e scorniciata di chiaro, e oscuro, e tutti li riporti di Cornocopj, & altri intagli si faranno finti di oro.

La Macchina di Mezzo. Il primo Piadestallo, che sarà formato con numero otto Cartelloni, e quattro iscrizioni, si farà tutto finto di giallo antico, e le quattro iscrizioni si fingeranno di lapislazzoli con lettere di oro, e detto Piedestallo sarà alto palmi 23.

Le otto Urnette a forma di face ardente si faranno finte di metallo, e saranno alte l'una palmi sette.

Il piede sotto l'urna, e anco in corpo della medesima con cornice sopra, tutto si fingerà di verde antico con li riporti dell'intagli sopra tutti d'oro, e il tutto sarà alto palmi 22, e larga ad ogni faccia palmi 23.

Il sodo, dove sono li Putti con medaglia si farà di giallo antico, Putti finti di marmo, e medesimamente il Ritratto, che anderà nella medaglia, e detto sodo sarà alto palmi 10.

Il rimanente, dove va la Coltra, sarà alto sino la cima del Regno circa palmi 15, ed il Regno con Stole si farà di Oro.

Nel disegno si sono segnati solo due Candelabri, ad effetto di non confondere il medesimo disegno, e poter godere il contorno della Macchina di mezzo, che è il principale dell'Opera ec.

E detta Macchina deve risiedere nel mezzo di quattro Candelabri, e nel mezzo delle quattro scalinate, le quali saliranno al piano, dove poserà detta Macchina ec.

Mattia de Rossi.

Gregorio Binetti Computista.

Fo-

Foglio segnato lettera B.

Nota di quello importano l' infrascritte partite di Cera, che si dovrà distribuire, e consumare in occasione dell' Esequie, che si faranno per il defonto Pontefice, riformato secondo le risoluzioni fatte dalla Congregazione deputata.

Due Candelotti per accendere al Cristo, mentre Sua Santità sta in transito ——————— lib. 4

Una Torcia per accendere al Corpo dopo morto, & altre trenta per accompagnarlo a S. Pietro di libre sei l' una ridotte a libre cinque ——————— lib. 155

Candelotti num. 6 di libre tre per l' Altare nella Cappella di Sisto ——————— lib. 18

Torcie num. 30 di libre cinque per tenere intorno al Corpo in detta Cappella ——————— lib. 150

Per accompagnare il Corpo dalla Cappella di Sisto nella Chiesa di S. Pietro al Capitolo di detta Chiesa si daranno Torcie num. 106, cioè alli Signori Canonici di libre quattro l' una, alli Benefiziati, e Capellani Innocenziant di libre tre, alli Chierici Benefiziati di libre due, & al rimanente del Coro di libra una ——————— lib. 310

Alli Canonici di S. Pietro per due mute da mettere attorno il Corpo nella Cappella del Santissimo num. 48 Torcie di lib. 4, compresa sei per notte, quando succeda la Sede vacante d' Estate, ma succedendo d' inverno si diano sole 24 per una muta, e num. 6 per la notte ——————— lib. 120

Dodici Candelle per l' Altare dal Santissimo di lib. una ——————— lib. 12

Sei Candelle per cantare il Responsorio di lib. una ——————— lib. 6

Secondo giorno. Torcie num. 48 per mettere intorno al Corpo di libre quattro, come sopra, conforme si dice nel primo giorno ——————— lib. 120

Terzo giorno. Torcie num. 48 per mettere intorno al Corpo di libre quattro, come sopra, conforme si dice nel primo, e secondo giorno ——————— lib. 129

Torcie num. 30 di lib. 4 per mettere alla Cappella

la de' Signori Cardinali a libre 80 il giorno, importano per nove giorni ——————————lib. 720

Torcie num. 2 di libre 4, e num. 6 Candelotti di libra una per accendere al Santissimo. Altri sei Candelotti di libre 3 per l'Altare delli Apostoli, e num. 64 Candele di libra mezza per gli Altari della Chiesa, e Sagrestia, in tutto libre 55 il giorno, per giorni nove importano ——————————lib. 495

Torcie num. 6 di libre 5 per le Balaustrate, per giorni nove importano ——————————lib. 270

Torcie num. 4 di lib. 4 per l'Elevazione si dano solamente ogni tre giorni, e per giorni nove importano ——————————lib. 60

Candelotti num. 6 di libre 3 per l'Altare del Coro, e num. 2 per la Credenza, in tutto lib. 24 il giorno, per giorni nove importano ——————lib. 216

Otto Candele di libra una per l'Altare della Capella: num. 6 Candele di oncie quattro alli Chierici per accendere li Altari, num. 4 di libra una per accendere ai Signori Cardinali, in tutto lib. 14 il giorno, per giorni nove importano ——————lib. 126

Alli Chierici, e Sottochierici per la distribuzione in comune lib. 9 il giorno, per nove giorni importano ——————————lib. 81

Torcie num. 40 di libre 4 per li Signori Cardinali, e num. 40 Candele di libra una per li Caudatarj, più, e meno, secondo intervengano ogni giorno, dovendosi dare solamente alli presenti all'Esequie in S. Pietro, si è considerato poter essere un giorno per l'altro detto num. di 40, e queste a lib. 200 il giorno, per giorni nove importano—lib. 1800

Candelotti num. 76 di libre due per li Vescovi, e Prelati, ed altri Candelotti num. 21 simili per li Chierici, e Camerali, più, e meno, secondo intervengono, dovendosi dare solamente a quelli, che si trovano presenti all'*Esequie* in S. Pietro, e per li soli giorni, che interverranno per numero 50 trà Vescovi, e Prelati, e num. 21 per li Camerali un giorno per l'altro sono in tutto lib. 142 il giorno, che per giorni nove importano ——————lib. 1278

Numero trentacinque Candele per num. 35 Cavalleggieri di oncie quattro, e due simili per li Forieri,

ri, altri num. 2 Candelotti di libre 2 alli Capitani, e num. 2 di libra una agli Alfieri, & alli Trombetti candele num. 6 di lib. una; in tutto lib. 47 il giorno, per giorni nove importano ——— lib. 226

Num. 10 Candelotti di lib. 2 per li *Segretarj* di Camera num. 27 di libra una per li *Sostituti*, num. 54 di libra mezza per li Giovani, e Novizj, dovranno pigliare dalla distribuzione della Cera, che si fa al Popolo solo nelli tre giorni ultimi, che si farà detta distribuzione ——— lib.

La distribuzione delle Cere al Popolo dovrà farsi nelli tre ultimi giorni solamente, con l'assistenza di qualche Ministro nella quantità di lib. 300 il giorno, dalle quali si dovranno levare prima le lib. 74 per li *Segretarj* di Camera, *Sostituti*, e Novizj, come si è detto di sopra ——— lib. 900

La Cera per il Catafalco per li ultimi tre giorni si crede possa bastare libre 1000 il giorno ——— lib. 3000

La Cera solita distribuirsi a' Signori Camerali, Prelati, Ministri del Palazzo Apostolico, ed altri con mandati del Signor Cardinal Camerlengo, e Bollettini stampati sottoscritti dal Decano de' Segretarj di Camera, non dovrà eccedere la quantità di libbre 3385, come dalla lista, che si dà in calce - lib. 3385

La distribuzione da farsi alli Servitori degli Eminentissimi Signori Cardinali, al Decano, e Servitori del PAPA defonto dovrà esser di libre 126 il giorno, cioè al Decano, e Servitori del PAPA morto libre sei il giorno, & alli Servitori degli Eminentissimi Cardinali, che si troveranno presenti in Roma prima della clausura del Conclave a ragione di libre tre per Cardinale, che per num. 40 Cardinali, quali verisimilmente si crede potranno in detti giorni essere in Roma, importa altre libre 120 il giorno, che fanno in tutto le dette libre 126 il giorno, che per giorni nove importano ——— lib. 1134

——— lib. 14706

Li-

Lista delle Cere, che si devono distribuire a' Signori Camerali Prelati, Ministri del Palazzo Apostolico, & altri con mandati dell'Eminentiss. Signor Cardinal aCmerlengo, e Bollettini stampati, che si fanno con ordine del Deputato, e Decano de' Segretarj di Camera, e riformate secondo le risoluzioni fatte dalla Congregazione deputata.

All'Illustrissimi Signori Chierici di Camera, e per loro e Monsignor Illustrissimo Decano con mandato dell'Eminentissimo Camerlengo Cera bianca coperta di Cera gialla	—lib.	535
A Monsignor Illlustriss. Tesoriere con ordine del Deputato, e Decano de'Segretarj di Camera	—lib.	60
A' Monsignor Illustrissimo Maggiordomo di, Nostro Signore	—lib.	10
A Monsignor Assistente nella Cappello Pontificia	—lib.	15
All'Illustrissimi Signori Prelati, e Votanti di Segnatura, Accoliti della Cappella Pontificie	—lib.	120
All'Illustrissimi Monsignori Suddiaconi	—lib.	31
Al Commissario del Conclave	—lib.	10
A Monsignor Sottosommista	—lib.	10
All'Auditore dell'Emioentissimo Camerlengo	—lib.	50
Alli Signori Maestri di Cerimonie	—lib.	181
Alli Bussolanti	—lib.	54
Alli Camerieri extra	—lib.	54
Alli Scudieri	—lib.	54
Alli Chierici, ovvero Musici della Cappella Pontificia, Custodi, & altri Ministri	—lib.	270
Al Segretario del Sagro Collegio	—lib.	24
A Monsignor Sagrista	—lib.	12
Al Segretario del Collegio degl'Illustrissimi Signori Chierici di Camera	—lib.	15
Alli Auditori de'Signori Chierici di Camera	—lib.	144
Al Cappellano della Camera	—lib.	10
Al Collegio de'Segretarj di Camera	—lib.	140
Al Collegio de'Cursori in due partite	—lib.	200
Alli tre Computisti della Camera	—lib.	75
Alli Maestri Ostiarj di Virga rubea	—lib.	62
All'Auditore di Monsignor Tesoriere	—lib.	20
Alli Mazzieri di Nostro Signore	—lib.	135

Al

Al Sostituto di Monsignor Commissario della Camera	—lib.	9
Al Sollecitatore della Camera	—lib.	4
Alli sei Cappellani comuni	—lib.	40
Al Sotto Sagrista	—lib.	9
Alli quattro Cappellani Innocenziani	—lib.	18
Alli tredici Penitenzieri di S. Pietro	—lib.	63
Alli Accoliti, e Sopranumerarj della Sagristia di S. Pietro	—lib.	56
Al Capitano d'Alabardieri di Monsignor Governatore di Borgo, e Cancelliere	—lib.	36
Ali Alabardieri di Monsignor Governatore	—lib.	30
Al Proveditor del Conclave	—lib.	12
Al Custode del Sigillo del Signor Cardinal Camerlengo	—lib.	4
Al Custode della Camera	—lib.	10
Al Decano de' Tromberti de' Cavalleggieri	—lib.	12
Al Mastro di Casa di Palazzo	—lib.	10
Al Computista di Palazzo	—lib.	10
Alli Scopatori segreti di Nostro Signore	—lib.	12
Al Bottiglier segreto di Nostro Signore	—lib.	10
Al Credenzier segreto di Nostro Signore	—lib.	10
Al Dispensiere del Palazzo Apostolico	—lib.	10
Al Cantinier segreto di Palazzo	—lib.	10
Al Dispensier del Pane di Palazzo	—lib.	16
Al Soprastante alle Lettiche di Nostro Signore	—lib.	6
Alli Sediari della Famiglia vecchia di Nostro Signore	—lib.	6
Al Capitano della Guardia de' Svizzeri	—lib.	18
Alli Offiziali della Guardia de' Svizzeri	—lib.	72
Alli Soldati della Guardia Svizzera	—lib.	554
Al Pro Computista del Sacro Collegio	—lib.	4
Al Chierico Nazionale	—lib.	4
Al Collettor Generale della Camera	—lib.	15
Allo Speziale del Palazzo Apostolico per lui, e per li tre Giovani assistenti nella Speziaria nella distribuzione delle Cere	—lib.	18
Al Pesatore della Cera in Speziaria	—lib.	6
	—lib.	3385

Georgius Binetti Computista.

Fo-

Foglio segnato lettera C.

Offiziali del Popolo Romano, alli quali si dovrà distribuire il Panno della prima sorte di scudi sette e mezzo la canna da pagarsi al prezzo stabilito nel Decreto del Sagro Collegio in calce.

		Prima sorta.
Senatore di Roma	—can.	4
Signori Conservatori	—can.	12
Confaloniere	—can.	4
Caporioni num. 14	—can.	56
Cancellieri num. 2	—can.	8
Avvocato del Popolo Romano	—can.	4
Procuratore Fiscale	—can.	4
Due Scriba Senatus	—can.	8
Scrittore de' Signori Conservatori	—can.	4
Segretario de' Signori Conservatori	—can.	4
Agente de' Conservatori	—can.	4
Computista de' Conservatori	—can.	4
Notaro delli Conservatori	—can.	8
Mastri di Strada num. 2	—can.	8
Mariscialli quattro di Tratta	—can.	16
Pacieri due di Tratta	—can.	8
Riformatori dello Studio num. 4	—can.	16
Sindici del Popolo Romano	—can.	8
Assessore de' Mastri di Strada	—can.	4
Archivisti num. 2	—can.	8
Aste, e Mazze	—can.	4
Camerlengo della Camera di Roma	—can.	4
Camerlengo di Ripa	—can.	4
Capitano dell' Appellazione	—can.	4
Computista di Porzioni	—can.	4
Computista dello Studio	—can.	4
Computista della Gabella della carne	—can.	4
Consoli de' Bovattieri	—can.	16
Conservatore dell' Antichità	—can.	4
Commissarj dell' Agricoltura num. 4	—can.	16
Commissarj dell' Abbondanza num. 4	—can.	12
Curatori, e Revisori delle mura num. 4	—can.	16

Ca-

Custode de Porzioni	——can. 4
Custode della Statua di Paolo Terzo	——can. 3
Custode della Cloaca Massima	——can. 4
Deputati alla Distribuzione del Panno num. 2	——can. 8
Difensori dell' Acque delle Marane num. 2	——can. 8
Depositario delle porzioni del Popolo Romano	——can. 4
Depositario Maggiore	——can. 4
Doganiere dello Studio	——can. 4
Doganiere di Ripa, e Ripetta	——can. 4
Doganiere della Grascia	——can. 4
Doganiere delle Merci	——can. 4
Doganiere delle Pecore	——can. 4
Doganiere del Sale a grosso	——can. 4
Doganiere del Sale a minuto	——can. 4
Primo Col'aterale	——can. 4
Secondo Col'aterale	——can. 3
Giudice Criminale di Campidoglio	——can. 3
Lettore de' Conservatori	——can. 4
Mastro Massaro	——can. 4
Mastro della Zecca	——can. 3
Mareſciallo Soprannumerario	——can. 4
Mareſciallo de' Mastri di Strada	——can. 3
Notaro del Cardinal Camerlengo	——can. 4
Notaro Maggiore della Camera di Roma	——can. 4
Protonotaro di Campidoglio	——can. 4
Notaro de' Provisori	——can. 4
Notaro dell' Appellazione	——can. 3
Notaro dello Studio	——can. 4
Notaro delli Commissarj	——can. 3
Rincontro Generale del Popolo Romano	——can. 4
Prefetto delle Mura delli Edifici publici	can. 4
Preposto dello Studio	——can. 4
Provisori delle Mura num. 2	——can. 6
Prefetto delli Botrini dell' Acqua Felice	——can. 4
Procurator de' Poveri	——can. 3
Rettore dello Studio	——can. 4
Segretario del Cardinal Camerlengo	——can. 4
Stodici della Depositaria dello Studio	——can. 6
Scudieri di onore num. 4	——can. 16
Soprastante della Zecca	——can. 3
Scrittore del Popolo Romano	——can. 4

Sostituto dello Scrittore de' Signori Conservatori	——can.	4
Tassatori delle Case num. 2	——can.	3
	——can.	470

Offiziali, a i quali si dovrà distribuire il Panno della seconda sorta di scudi cinque, e baj. 50 la canna da pagarsi alla forma del Decreto in calce.

		Secooda sorta
Assaggiatori della Zecca	——can.	3
Bidello dello Studio num. 2	——can.	6
Cappellano de' Conservatori	——can.	3
Cappellano delle Carceri di Campidoglio	——can.	3
Camerlenghi della Festa di Testaccio num. 2	——can.	6
Cassiere del Sale a grosso	——can.	3
Cassiere del Sale a minuto	——can.	3
Computista del Sale a grosso	——can.	3
Computista del Sale a minuto	——can.	3
Commissario della Festa di Testaccio, & Agone	——can.	3
Commissario Generale della Fonte di Trejo	——can.	6
Commissarj di Trejo num. 4	——can.	12
Commissario delle Porte	——can.	3
Custode della Statua di Paolo Terzo	——can.	3
Custode, e Revisore delle misure di Campidoglio num. 2	——can.	6
Custode delle nove Statue	——can.	3
Custodi della Statua di Gregorio XIII. num. 2	——can.	3
Custoda delle Cloache	——can.	3
Depositario delli Denarì straordinarj de' Conservatori	——can.	3
Ostiarj della Porta dell' Assettamento num. 3	——can.	9
Maestri Giustizieri num. 2	——can.	6
Mastro delle Mosse	——can.	3
Misuratore del Sale a grosso num. 2	——can.	6
Misuratare del Sale a minuto	——can.	3
Misuratore, e Custode delle misure della Salara	——can.	3
Notarj de' Caporioni di Sede vacante num. 14	——can.	42
Notaro delli Sindici e degli Offiziali	——can.	3

No-

Notaro delli Mastri Giustizieri	——can.	3
Notaro delli Mastri di Strada	——can.	3
Notaro del Gabellier Maggiore	——can.	3
Notaro delli Bovattierj	——can.	3
Notaro del Camerlengo di Ripa	——can.	3
Notaro del Doganiere di Ripa, e Ripetta	——can.	3
Notaro del Doganiere della Grascia	——can.	3
Notaro del Doganiere delle Merci	——can.	3
Notaro delli Commissarj dell' Agricoltura	——can.	3
Notaro della Zecca	——can.	3
Notaro degl' atti pendenti, e Notaro degl' atti della Camera di Roma	——can.	3
Notaro delli Sindici del Depositario dello Studio	——can.	3
Notaro del Doganiere del Sale a grosso	——can.	3
Notaro del Doganiere del Sale a minuto	——can.	3
Portatore della Spada	——can.	3
Portatore della Cappa	——can.	3
Portatore dell' Anello	——can.	3
Portinari della seconda Porta num. 2	——can.	6
Revisori del Palazzo de' Conservatorj	——can.	3
Rincontro della Gabella dello Studio	——can.	3
Sindici delli Offiziali numero due	——can.	6
Segretario del Monte dello Studio	——can.	3
Soprastante delle Mura	——can.	3
Tubatori numero quattro	——can.	12
	——can.	249

Offiziali, a i quali si dovrà distribuire il Panno della terza sorta di scudi quattro, e mezzo la Canna, da pagarsi alla forma del Decreto in calce.

		Terza sorta
Banditori numero quattro	——can.	12
Bollatori de' Cavalli	——can.	3
Custodi de' Cavalli per tenerli, e legarli	——can.	3
Custode delle Carceri	——can.	3
Contestabili, o Mastro di casa de' Conservatori, e Fedeli, Cuoco, e Guattari	——can.	51
Moderatore dell' Orologio di Campidoglio	——can.	3
Mandatarj di Campidoglio num. quattordici	——can.	42

L Man-

Mandataro di Ripa	——can.	5
Sonatore della Campana di Campidoglio	——can.	3
	——can.	123

DECRETUM.

MIseratione Divina Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Reverendissimo in Christo Patri, & Tituli SS. Apostolorum Cardinali de Alteriis S. R. E. Camerario. Reverendissime in Christo Pater Domine Frater, & Collega noster charissime salutem, & sinceram in Domino charitatem. Cum nos hodie in Congregatione nostra una cum Dominatione Vestra Reverendissima decreverimus, quod Panni, qui occasione Sedis vacantis hucusque fuerunt soluti, ad rationem videlicet scutorum septem, & ob. 50 pro qualibet Canna, in posterum scut. 6, & ob. 50. Illi vero, qui scuta quinque, & ob. 50 scuta quatuor, & ob. 75. Illi autem, qui scuta quatuor, & ob. 50 scuta tria ob. 90 monetæ respective solvantur iis, quibus debentur absque aliqua diminutione Sacræ Rotæ Auditoribus, & Cameræ Apostolicæ Clericis, ac Cameralibus exceptis. Ideo committimus Dominationi Vestræ Reverendissimæ, ut hoc nostrum Decretum exequatur, & exequi curetur, quod ratum habebimus, & ex nunc habemus. Datum Romæ in Congregatione nostra sub sigillis trium nostrorum in ordine Priorum die 25 Julii 1676. Sede Apostolica vacante. Loco ✠ Sigilli. Loco ✠ Sigilli. Loco ✠ Sigilli.

Guido Cassioneus Sacri Collegi Secretarius.

Foglio segnato lettera D.

Il Colonnello Giulio Cerruti Ingegniere della Reverenda Camera avendo diligentemente osservate tutte le misure dei Casoni, che sono stati fatti nelle Sedi vacanti di Alessandro VII, Clemente IX, Clemente X, ed Innocenzo XI per servizio delle Soldatesche, è di parere, che in avvenire si debba dare una regola fissa alle dette misure, acciò detti Ca-

Casoni si faccino di una stabile, ed uniforme larghezza, e lunghezza, come in appresso.

E cominciando da quello del Signor Prencipe Savelli nella Piazza di S. Pietro vicino la scalinata, si dovrà fare longo palmi 80, e largo palmi 40.

Quello de' Soldati di Leva in mezzo la detta Piazza si dovrà fare longo palmi 100, e largo palmi 50.

Quello de' Tedeschi dentro lo steccato si dovrà fare longo palmi 50, e largo palmi 25.

Quello de' Bombardieri dovrà farsi longo palmi 25, e largo palmi 20.

Il recinto, o sia Mignano sopra il Portico di S. Pietro, che conduce all' Appartamento del Signor Prencipe Savelli, dovrà farsi longo palmi 84, e largo palmi 10 e non più.

Il Casone nell' imboccatura del Ponte S. Angelo nella Piazza dell' Altoviti dovrà farsi longo palmi 40, e largo palmi 50.

Il Casone dell' altra parte del Ponte verso Borgo dovrà farsi longo palmi 40, e largo palmi 30.

I Rastelli, o Cancellate non devono essere più di due, cioè uno nel principio, e l' altro nel fine del Ponte.

Si dovrà stabilire anticipatamente da' Signori Ministri Camerali il partito con un Magazziniero, o Falegname a prezzi giusti, per non doversi ridurre all' angustia della Sede vacante, essendosi riconosciuti li prezzi de' legnami presi nelle passate occasioni molto alterati, ed esorbitanti, e nel partito da farsi dovrà convenirsi di restituire i medesimi legnami al Mercante, o Falegname, con la qual condizione si verrà ad avanzare la metà delle spese.

Ed a questo effetto doveranno pubblicarsi Bandi penali, perchè niuno ardisca toccar detti legnami, ma che debbano conservarsi a benefizio della Camera.

Ed il simile potrà farsi anco rispetto al Muratore per li Mattoni, che servono per la clausura del Conclave, e collo Stagnaro per li condotti di piombo, che portano l' acqua per uso del medesimo Conclave.

Gregorio Binetti Computista.

L 2 Fo-

Foglio segnato lettera E.

Spese di ricognizioni date a diversi, che si trovano aggiunte dopo la Sede vacante di Alessandro VII, le quali sono state levate, e riservato l'arbitrio per la distribuzione di soli scudi cento all' Eminentissimo Signor Cardinal Camerlengo.

Ajutante del Segretario del Sagro Collegio per ricognizione	sc.	40
Sotto Sagrista per ricognizione	sc.	30
Servitori delli Maestri di Cerimonie per ricognizione	sc.	20
Proveditore del Conclave per ricognizione	sc.	100
Confessore del Conclave per ricognizione	sc.	30
Alli ultimi Maestri di Cerimonie per ricognizione in due volte	sc.	
Al Muratore per ricognizione	sc.	
Al Falegname per recognizione	sc.	
Erezione del Patibolo	sc.	
Spera per il Patibolo fatto per mettere nella Piazza di San Pietro	sc.	
Giovanni Catani per ricogniaione	sc.	
Sagrista per ricognizione	sc.	100
Servitori del Sagrista per il Vestiario	sc.	25

Gregorio Binetti Computista.

Die 24 Januarii 1691.

Chirographum, & folia subscripta fuerunt in plena Camera Apostolica ad effectum registrandi exhibita, & præsentata, & hujusmodi registratura commissa Illustriss., & Reverendiss. D. Mapheo Farsetto Cameræ Apostolicæ Clerico; Deinde die 29 ejusdem mensis ad relationem prædicti Illustriss., & Reverendiss. D. Farsetti, citato Illustriss. Domino Andrea Alberetto Fisci Procuratore Generali admissa, & registrata fuerunt in libro currenti Signaturarum Sanctissimi Domini Nostri Alexandri Octavi.

Astulphus Galloppus Rev. Cam. Apost. Secr. Canc.

SAN-

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI DOMINI

CLEMENTIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ XII.

CONSTITUTIO

Diversas continens ordinationes pro bona directione Conclavis, ac rerum Sede Apostolica vacante agendarum.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

APOSTOLATUS Officium, quod inscrutabilis divinæ sapientiæ, atque clementiæ Altitudo humilitati nostræ, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, committere dignata est, postulat, ut non præsentia tantum spectantes, sed futura quoque prospicientes, in iis etiam, quæ post resolutionis nostræ diem, consummatumque a Nobis mortalis hujus peregrinationis cursum eventura sunt, per opportunas, Deique gloriæ, ac Ecclesiæ utilitati consentaneas leges dirigendis, atque ordinandis, Pastoralis solicitudinis nostræ partes interponamus, sicut omnibus diutinæ considerationis trutina perpensis in Domino expedire arbitramur.

Sane plurimi prædecessores Nostri, & præsertim recolen. mem. Symmachus, Nicolaus II, Alexander III, Gregorius X, Clemens V, Clemens VI, Julius II, Paulus IV, Pius IV, Gregorius XV, ac Urbanus VIII probe intelligentes quanti

 pon-

ponderis, & momenti sit ad Dominici gregis, ac Catholicæ Ecclesiæ providum regimen electio Romani Pontificis, qui Domini, & Salvatoris nostri JESU CHRISTI in terris Vicarius, Beatique Petri Successor, ac omnium Fidelium Pater, & Pastor existit, nec unius membri, sed totius corporis salutem agi animo reputantes, cum de capite consulitur, multas diversis temporibus etiam in Conciliis generalibus saluberrimas ediderunt Constitutiones, quibus omni cupiditati, ambitioni, simoniæ, aliaeve cuivis pravitati, turpitudini, deformitati, ac dissidiis ab ejusmodi electione præcluso aditu, summa prudentia, parique consilio providerunt, ut hoc tam sanctum, tamque grave opus pie, ac rite peragеretur, & in eo non caro, & sanguis, aut aliquis humanus affectus locum ullum sibi vindicaret, sed Spiritus Sancti gratia cuncta dirigerentur, ac gubernarentur, sicque ad Christi hæreditatis, quam pretioso Sanguine suo quæsivit, curam, & administrationem gerendam, nonnisi, qui vocatus foret a Deo tanquam Aaron, assumeretur. Veluti quoque de ancipiti, ac Romanæ, & Universali Ecclesiæ periculoso tempore, quo illa visibili suo Capite, ac Pastore viduata remanet, anxie soliciti dicti Prædecessores, ne eadem Ecclesia multiplicibus longæ vacationis exponeretur incommodis, haud prætermiserunt ea opportune statuere, quæ ad maturandum ipsius electionis felicem exitum conducere videbantur, ac decernere, quæ interea agenda, & servanda essent, & alias prout in præfatis Constitutionibus, quarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Quia tamen sæpe contingit, ut legum vel maxime salutarium, si non crebro excitetur, sensim ex animis hominum effluat memoria, experientiaque edocet, nonnulla ex iis, quæ Sede Apostolica vacante præscripta fuerunt, aut usus invexit, pro temporum varietate, juxta quam humana etiam consilia multoties variare oportet, immutanda, ac supplenda esse, ut recto in primis rerum tam difficili tempore agendarum ordini, Justitiæ administrationi, atque Ærarii Pontificii indemnitati cumulatius prospectum, cautumque sit; quemadmodum Nosmetipsi, qui in minoribus constituti majorem ætatis partem in Romana Curia egimus, ac dum Cardinalatus honore fungebamur, Comitiis ad Romanum Pontificem eligendum ter interfuimus, satis perspeximus,

Digitized by Google

mus, ac plures ex Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus eximia pietate, ac circumspectione præditi Nobis etiam innuere, atque significare non omiserunt.

Hinc est, quod Nos pro Apostolici muneris Nobis divinitus commissi ratione, habita prius super præmissis cum memoratis, nonnullisque aliis ipsius S. R. E. Cardinalibus matura deliberatione, de illorum consilio, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura Constitutione, ea, quæ sequuntur, statuenda, decernenda, & ordinanda duximus.

Primum igitur enarratas prædecessorum nostrorum Constitutiones, ac omnia, & singula in eis contenta, & disposita, quæ præsentibus tamen Litteris non adversantur, harum serie confirmamus, approbamus, & innovamus, ac inconcusse, & inviolabiliter observari præcipimus, & mandamus.

Cæterum tametsi opus non esse in Domino confidimus, urgente Nos tamen Pastoralis Officii debito, ac præcipuo quo tenemur boni publici desiderio, Cardinales nunc, & pro tempore existeotes per viscera misericordiæ ejusdem Domini Nostri Jesu Christi; & per effusionem sui pretiosi Sanguinis enixe rogamus, hortamur, obsecramus, & mouemus, ut tunc potissime, dum scilicet de creando Romaoo Pontifice agitur, serio perpendant rei, quam gerunt, gravitatem, ministerii, quod per eos tractatur, magnitudinem, ac personæ, quam in Ecclesia Dei sustinent, dignitatem, seduloque recogitent, se in renuntiando supremo ipsius Ecclesiæ Rectore, divinæ mentis interpretes constitutos, nudaque omnia, & aperta esse in oculis ejus, cui se omnis, & arctissimi Jurisjurandi religione fidem suam pro. ssuri, & obligatum sunt; neque aliud esse forsan posse in omni eorum vita factum, de quo iam arduum, atque difficile eis futurum sit rationem reddere æterno, justoque Judici, sempiterna vel præmia, vel supplicia decreturo. Itaque etiam sub divini interminatione judicii eisdem Cardinalibus præcipimus iisdem, & mandamus, ut in suffragiis ferendis, ac aliis omnibus, & singulis electionem quomodolibet concernentibus, solum Deum præ oculis habentes, & non sua, sed quæ Christi sunt, quærentes, religiose, sincere, & libere, humanis quibuscumque artibus, factionibus, partium studiis, omnique demum carnis affectu, ac privatis commo-

 dis,

dis, & desideriis remotis, atque Principum ſecularium intercessionibus, cæteriſque mundanis reſpectibus, ac etiam grati animi, & cujusvis alterius neceſſitudinis titulo minime attentis, & poſtpoſitis, ſeſe gerant ad eligendum eum, quem universali Eccleſiæ fructuoſe, utiliterque gubernandæ idoneum ſecundum Deum judicaverint, ac memores ſupradictarum Constitutionum, pœnarumque in eis contentarum, ne quidquam facere, admittere, aut attendere, quod ab hoc proposito alienum ſit, vel per quod Electio retardetur, aut libertati ſuffragandi quoquo modo officiatur, per ſe, vel alium, directe, aut indirecte, quovis colore, prætextu, vel ingenio audeant, ſeu præſumant.

Porro ab eiſdem Prædeceſſoribus provide constitutum eſt, ut Apostolicæ Sedis vacatione durante Collegium Cardinalium in iis, quæ ad Pontificem Maximum, dum viveret, pertinebant, nullam omnino potestatem, aut jurisdictionem habeat, neque gratiam, neque juſtitiam faciendi, aut factam per Pontificem defunctum executioni demandandi, ſed omnia futuro Pontifici reſerventur: neque de Ditione temporali S. R. E., vel de pecuniis Cameræ, aut Datariæ Apoſtolicæ etiam pro ſolutione debitorum ante obitum Pontificis quomodolibet contractorum; aut alias ex quavis cauſa (certis quibusdam caſibus expreſſis dumtaxat exceptis) quidquam disponere, nec ad proprium commodum aliquid percipere, nec æs alienum contrahere poſſit. Nos præmiſſa approbantes, ſub pœnis per dictas Constitutiones indictis inſuper ſtatuimus, & declaramus, quod idem Collegium Cardinalium, mandata de ſolvendis pecuniis hujuſmodi (præterquam in prædictis caſibus exceptis, ac aliis infra exprimendis) favore cujusvis perſonæ tam in Conclavi, quam extra illud exiſtentis, etiam titulo remunerationis, præmii, laboris, ac etiam ſupplementi mercedis expedire, & relaxare, itaut tam Cardinales, qui contra præmiſſa aliquid attentaverint, quam Camerarius, Theſaurarius, Depoſitarius, & alii Officiales, qui eis in talibus obtemperaverint, de ſuo proprio Cameræ Apoſtolicæ plenarie ſatisfacere, & pecunias erogatas reſtituere, & quævis damna reſarcire a futuro Pontifice cogantur, nec etiam ejuſmodi titulo licentiam extrahendi frumenta e Statu Eccleſiaſtico concedere, niſi ubi extractio ex cauſa vere oneroſa competat, & tunc dummodo quantitatem debitam non excedat, ac tempus, quo extractio permitti ſolet, advenerit, neque cuiquam immunitatem, ſeu exemptionem

nem ab Officio, vel servitio ei incumbente, vulgo Jubilationem nuncupatum tribuere, nec ullos reos, & delinquentes absolvere, vel per liberi commeatus tabulas, quas Salvum Conductum appellant, etiam ad tempus assecurare, nisi qui leviora delicta Sede ipsa vacante commiserint, minusque Exilium, aliamve quamcumque pœnam etiam pecuniariam illis remittere, condonare, vel moderari valeat. Si quid vero contra præsentem prohibitionem factum sit, quilibet, ac etiam Officialis, qui id exequi coactus fuerit, rem denunciare teneatur futuro Pontifici, ut possit ad gestorum revocationem procedere, & in transgressores ad præscriptum hujus nostræ, ac Prædecessorum Constitutionem animadvertere. Teneatur quoque Thesaurarius generalis sub pœna privationis sui officii exhibere novo Pontifici intra mensem ab ejus electione numerandum computa, seu rationes accuratas, & distinctas omnium expensarum Sede vacante factarum cum specifica expressione singularum summarum causarum, ac personarum, quibus pecuniæ persolutæ fuerint, adhuc ut ipse Pontifex aliquot Cardinales sibi benevisos, qui tamen non sint tribus numero pauciores, deputet ad examinandum ea computa, sive rationes, ac dispiciendum, sibique referendum an aliquid inutiliar, sive plus æquo impensum, aut alias præsenti, vel Prædecessorum Constitutionibus, aut Chirographis infra etiam nominandis aliqua ex parte hac in re contraventum fuerit.

Cumque tempore Sedis vacantis duplex habeatur Cardinalium Congregatio, altera nempe generalis, sive totius Collegii, & altera particularis constans tribus Cardinalibus antiquioribus, uno scilicet ex quoque Ordine cum Camerario, quorum Officium tertia die post Conclavis ingressum omnino exp rat, in eorumque locum tres alii sequentes in Ordine quolibet tertio die una cum eodem Camerario succedunt: volumus, ut in dicta Congregatione particulari sive ante, sive post cæpta Comitia, levioris dumtaxat momenti, ac in dies, seu passim occurrentia negocia expediantur. Si quid vero gravioris momenti, aa indaginis fuerit, id omne ad Congregationem generalem, seu Collegium Cardinalium deferatur; Ac ulterius, quæ in una Congregatione particulari decreta, resoluta, vel denegata fuerint, in alia revocari, mutari, aut concedi nequeant, sed id faciendi jus habeat ipsa tantum Congregatio generalis per pluralitatem suffragiorum.

Usum

Uſum autem multo jam ab hinc tempore vigentem proponendi in prima Congregatione generali confirmationem Gubernatoris Almæ Urbis, deinceps quoque retineri mandamus. Et quod attinet ad cæteros Sedis Apoſtolicæ, Curiæ Romanæ, ac Ditionis Eccleſiaſticæ Officiales, & Miniſtros cujuſcumque qualitatis, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, illos omnes in ſecunda Congregatione pariter generali, eodem contextu, ac unico urnæ, ſive buſſulæ, ut vocant, gyro, juxta morem antiquum ſimul, & ſemel confirmari permittimus, alias pro confirmatis haberi volumus Si tamen aliquis ex dictis Officialibus, & Miniſtris adeo graviter in munere ſuo deliquiſſe, aut defeciſſe, ſeu male verſatus fuiſſe credatur, ut plane indignus reputetur, qui in muneris ſui exercitio relinquatur, ſtatuimus quod Cardinales in Ordine Priores, rem totam, ac probationes, quæ adverſus talem Officialem, ſeu Miniſtrum ſuppetunt, diſtincte, ac ordine exponant in una Congregatione generali, ad hoc, ut ſinguli Cardinales earum ſubſiſtentiam, atque relevantiam recognoſcere poſſint, ac poſt tres exinde dies in alia Congregatione item generali proponi, & agitari debeat, num dictus Officialis, ſeu Miniſter confirmandus, vel a ſui muneris exercitio ſuſpendendus veniat uſque ad electionem futuri Pontificis; illudque obtineat, ac firmum ſit quod reſolutum fuerit majore parte ſuffragiorum ſecretorum, & ſi decreta eſt ſuſpenſio, plures ad munus, de quo agetur, exercendum in primis habiles, & idonei a Cardinalibus proponantur, & ex iis, qui præ ceteris aptior viſus fuerit, in locum Officialis, ſeu Miniſtri ſuſpenſi ſubrogetur per pluralitatem ſimiliter ſuffragiorum, donec eligatur Pontifex.

Quoniam vero exempto ab humanis Pontifice Cardinales Legati in Provinciis Status Eccleſiaſtici protinus ad Comitia invitantur, injuncto eis interim ſuæ Legationis adminiſtrationem tradere Pro-Legatis, quibus mandatur, ut eam Sacri Collegii nomine ſuſcipiant, populorum ſecuritati provideant, ac ſedulo curent, ne tumultus excitentur: Ad quamcumque diſſenſionis, & controverſiæ, quæ inter Cardinales Legatos, eorumque Pro-Legatos facile enaſci poſſent, occaſionem ſubmovendam, decernimus, ut Edicta, quæ in Provinciis præfatis, Sede Apoſtolica vacante, & Cardinalibus Legatis abſentibus, evulgari contigerit, ab ipſis Pro-Legatis cum propria ſubſcriptione, appoſito tamen eiſdem Edictis nomine, & quæ typis imprimentur, etiam Stemmate

mate gentilitia Cardinalium Legatorum abſentium, libere publicentur. Cardinales autem Legati quamdiu a Legatione abſuerint, ac Sedis vacatio duraverit, nulli subalterno in Legatione Ministro, seu Officiali, aut cuivis alteri quicquam insciis Pro-Legatis imperent, minusque executioni demandari faciant.

Præterea tres imposterum Cardinales ex eis, qui Comitiis alias interfuerint, a Collegio eligendos præfici Clausuræ, ac curam Conclavis habere, & gerere statuimus, qui disposita a prædecessoribus circa Clausuram, ac curam hujusmodi omni sedulitate, & diligentia exequantur; Cellas Cardinalium bis qualibet hebdomada, aliaque ipsius Conclavis loca crebro viſitent, illius munditiæ præſint, ac solerter perquirant, ne in ejusdem Conclavis muris, fenestris, laquearibus, vel pavimentis vetita foramina fiant, vel fenestræ aperiantur, aut amplientur, unde cum exteris colloquendi, sive communicandi copia, & facultas detur, ac si quæ foramina facta, aut fenestras sic apertas, & ampliatas deprehenderint, statim occludi, & obturari, in pristinumque statum restitui curent; prohibeant quoque arma, seu stemmata gentilitia cujusvis Cardinalis quocumque Officio fungentis alio quam propriæ suæ Cellæ imponi, appendi, & depingi, & si illa repererint in quacumque alia parte Conclavis consistentia, statim amoveri, ac deleri faciant. Cellas porro Cardinalium absentium sive mobilibus instructas, & ornatas, sive non, Cardinales in Conclavi existentes nusquam occupent, sed ad dictos tres Cardinales clausuræ, & curæ Conclavis præpositos pertineat earundem Cellarum usum, & commodum Cardinalibus, qui Cellas suas vicinas habent, congrua inter eos servata proportione destinare, donec prædicti Cardinales absentes advenerint. Ipsorum autem trium Cardinalium munus istiusmodi toto tempore Comitiorum durare volumus, eisque quamcumque necessariam, amplamque in præmissis, & circa ea potestatem harum serie tribuimus.

Scrutinia etiam, quæ pro electione Pontificis bis in die a Cardinalibus fiunt, sive manuscripta, sive impressa fuerint, è Conclavi ad eos, qui foris sunt, mitti, ac renunciari, & ab iis recipi proferri, aut evulgari omnino prohibemus sub pœnis adversus mittentes è Conclavi, ac exinde respective recipientes literas, scripta, nuncios, notas, aut signa, etiamsi Cardinalatus honore præfulgeant, a dictis

præ-

prædecessoribus expresse sancitis, eo ipso per transgressores incurrendis.

Atque menti prædecessor[illegible] pariter insistentes, eisdem Cardinalibus præcipimus, ut frug[illegible], & temperantiam in victu observent, procul ab omni [illegible], & pompa, atque etiam in deferendis ad Conclave Cibariis lautioris cultus ostentatione.

Ne Magistrorum Cæremoniarum, qui in Comitiis adhibentur, nimium excrescat numerus, in futurum non plures quam sex ad summum, duo scilicet participantes, & totidem non participantes nuncupati, ac reliqui duo antiquiores ex supranumerariis in Conclave admittantur.

In eorumdem quoque Prædecessorum Constitutionibus inter alia habetur, quod Sacrista cum uno Clerico coadjutore in Officio Sacristiæ, ac unus Collegii Secretarius tantum Conclave ingrediantur, adsintque unus Faber Lignarius, & unus Cœmentarius, item octo, aut decem servientes publicæ utilitati, & commoditati omnium, veluti pro lignis portandis, pro verrendo Conclavi, & similibus necessariis ministrandis, qui a Collegio Cardinalium, non tamen ex familia alicujus Cardinalis, per fabas secretas eligantur, ita tamen, ut is obtineat, qui plura vota tulerit, & illis salaria de publico persolvantur. Nos eidem Sacristæ, ultra Clericum hujusmodi, ac Subsacristam alterum, qui eidem Sacristiæ, & Missis celebrandis deserviat, seu assistat, Magistris Cæremoniarum, qui in Conclavi ut supra admittentur, unum famulum, non quidem pro eorum singulis, sed pro omnibus sic admittendis, Secretario autem Collegii duos Adjutores, qui eum assiduo, quo tunc maxime oneratur, labore levare possint, ac unum quoque famulum, qui tamen per Cardinales deputatos approbari debeant, in Conclave ducere, & habere permittimus. Cumque octo, decemve publice Servientes prædictos necessariis in Conclavi ministrandis haud satis esse compertum sit; indeque factum, ut eorum numerus in præteritis Comitiis auctus fuerit, imposterum trigintaquinque (dictis tamen duobus famulis pro Magistris Cæremoniarum, ac Secretario Collegii in eo numero comprehensis) & non plures servientes ejusmodi a Collegio Cardinalium eligantur, qui sicuti de illis octo, aut decem a prædecessoribus dispositum est, non sint ex familia alicujus Cardinalis; minime attenta, aut suffragante quacumque contraria consuetudine, aut declaratione etiam pluries ab eo-

dem

dem Collegio Cardinalium edita. Quo autem ad Fabros Lignarium, & Cœmentarium, nullus recipiatur, qui revera artes illas non calleat, publiceque profiteatur, ac exerceat, nec Collegium ullam potestatem habeat dispensandi circa dictas qualitates, aliaque præmissa.

Per obitum Pontificis nec Camerarii, nec Pœnitentiarii Majoris Officia cessare a dictis prædecessoribus cautum quoque reperitur; verum quia contingere potest alterius, sicut in novissimis accidit Comitiis, ac etiam utriusque Officii hujusmodi vacatio ante novi Pontificis creationem: formam propterea tunc obsesvandam stabilire volentes decernimus, ut si, quando id evenerit, Congregatio generalis triduo post secutam vacationem alterius ex præfatis Officiis habeatur, ac vota, seu suffragia Cardinalium post absolutum Scrutinium simul congregatorum pro deputatione illius, qui Camerarii, vel Pœnitentiarii Majoris vices suppleat usque ad electionem novi Pontificis, exquirantur, denturque per Schedulas secretas, & impressas a Magistris Cæremoniarum etiam ab infirmis Cardinalibus colligendas, ac coram tribus Cardinalibus eo tempore in ordine Prioribus, præseptibus eisdem Cæremoniarum Magistris, atque Collegii Secretario aperiendas, isque deputatus habeatur, in quem major pars votorum, seu suffragtorum præfatorum convenerit, ac sic deputato facultates omnes, quas ipse Camerarius, vel Pœnitentiarius Major exercere poterat, quamdiu Sedes vacaverit, attribuimus.

Ad hæc cum juxta Statuta dictorum prædecessorum idem Pœnitentiarius Major, & ejus Officiales ea tantum tempore Sedis vacantis facere, & expedire valeant ad forum Conscientiæ dumtaxat pertinentia, quæ poterant vivente Pontifice exercete, & in reliquis munus eorum conquiescat, itaut a quibuscumque Matrimonialibus, & aliis dispensationibus, ac absolutionibus, & declarationibus, necnon quibusvis aliis expeditionibus forum fori mixtim, vel separatim quomodolibet respicientibus omnino abstinere debeant: aliquæ vero sint Censuræ Ecclesiasticæ, a quibus us innodati, præterquam in mortis Articulo constituti, nonnisi ab ipso Romano Pontifice pro tempore existente absolvi queunt, adempta nominatim Pœnitentiario Majori id faciendi potestate, atque multoties accidat, ut talibus Censuris irretiti vere pœnitentes, & errata sua sincero animo detestantes, absolutionis beneficium Sede vacante enixius implorent. Quo Disci-

pli-

plinæ Eccleſiaſticæ conſervationi, ſimulque animarum Fidelium, quos Dei miſericordia ad pœnitentiam vocaverit, ſaluti conſultum ſit, eidem Pœnitentiario Majori, vel ei, qui in illius locum ſuffectum fuerit, ut præfertur, facultatem tribuimus ab his etiam Cenſuris Sede vacante Fideles prædictos, re tamen prius in Signatura ipſius Officii Pœnitentiariæ Apoſtolicæ examinata, ſervatiſque aliis ſervandis, abſolvendi ad tempus ſcilicet, & cum reincidentia in dictas Cenſuras; itaut qui fuerint abſoluti ad novum Pontificem intra terminum pro diſtantia locorum definiendum recurrere, & ab eo plenariæ abſolutionis beneficium petere, & obtinere teneantur, nec Pœnitentiario Majori, ſeu in illius locum ſuffecto præfixum terminum, post Pontificis electionem, ampliare, vel prorogare liceat.

Et ſi Vicarium Pontificis in Alma Urbe, ejuſque Districtu in Spiritualibus generalem, Sede vacante, e vivis quoque decedere contigerit, ne Animæ Chriſtifidelium Urbis, ac Diſtrictus præfatorum aliquod inde accipiant in ipſis Spiritualibus detrimentum; tunc exigenti Vicesgerenti dicti Vicarii, quamdiu Sedes vacaverit omnes & ſingulas facultates, auctoritatem, & poteſtatem, quæ eidem Vicario pro exercitio Officii Vicariatus quomodolibet competebant, quaſque Pontifex ipſe occurrente vacatione Vicariatus Sede plena Vicesgerenti prædicto quandoque per aliquod tempus, donec ſcilicet ſucceſſorem Vicarium deputaverit, attribuere ſolet, tenore præſentium concedimus, ac impartimur.

Inferiorum quoque Eccleſiarum, præſertim Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectarum neceſſitatibus, quæ Sede vacante occurrunt, aliqua ratione ſubvenire cupientes, cum non raro per Catholicos præcipue Antiſtites, & Locorum Ordinarios, alioſve Chriſtifideles inſtantibus, aut ingruentibus illo tempore dictis inferioribus Eccleſiis, vel alias rei Eccleſiaſticæ incommodis opportunum, promptumque a Collegio Cardinalium requiratur remedium, quod Pontifex, ſi adeſſet, ferre minime prætermitteret. Volumus, ut ſi res talis ſit, quæ in aliud tempus differri valeat, futuro Pontifici omnino reſervetur, ſin autem nullam admittat moram, tunc eidem Collegio concedimus, ut committere poſſint negotium Præfecto, & aliquot aliis Cardinalibus ejus Congregationis, ad quam Pontifex illud examinandum veriſimiliter remiſiſſet, qui negocio accurate diſcuſſo, ea deſuper decernant, per modum tamen proviſionis, donec nimirum eligatur Ponti-

tifex, quæ juxta datam sibi a Domino prudentiam juribus, & rationibus eccleſiaſticis cuſtodiendis, ac tuendis apta, & conſentanea cenſuerint.

Et quia Sede vacante, ejus, qui munus Auditoris defuncti Pontificis obibat, plane expirat Juriſdictio, indeque plurium Cauſarum Forenſium Audientia, ac Juſtitiæ curſus non ſine ingenti identidem litigantium jactura impediuntur: pro tempore exiſtenti Auditori Signaturæ Juſtitiæ, cujus dum Cardinalatus dignitate fulgebamus, Præfecturam geſſimus, earumdem tenore præſentium committimus, & mandamus, dantes ei ad hoc facultates neceſſarias, & opportunas, ut citationes, & recurſus, qui coram Auditore Pontificis defuncti tunc pendere reperientur, prout juris fuerit, expediat.

Cameræ Apoſtolicæ diſpendiis, quantum fieri poteſt, obviare præterea cupientes, Chirographum fel. record. Alexandri Papæ VIII prædeceſſoris etiam noſtri super moderatione expenſarum Sede vacante, ac ratione Conclavis faciendarum die xxix Novembris MDCXC editum, etiamſi antehac executioni uſquequaque demandatum non fuerit, in omnibus, & per omnia, quæ præſentibus itidem, ac Chirographo per Nos etiam, ut infra, edendo non adverſantur, ſervari præcipimus.

Inſuper juſtis, & rationabilibus cauſis Nobis notis, animumque noſtrum moventibus adducti, Officium Gubernatoris Conclavis, ac utriuſque Burgi, ſeu Civitatis Leoninæ cum ejuſdem Officii titulo, denominatione, eſſentia, ac juribus, privilegiis, facultatibus, juriſdictione, ſtipendiis, honoribuſque, & oneribus univerſis ei annexis, ipſarum tenore præſentium perpetuo ſupprimimus, tollimus, extinguimus, & abolemus, ac ſuppreſſum, ſublatum, extinctum, & abolitum eſſe, & perpetuo fore declaramus. Gubernium vero dicti Burgi, ſeu Civitatis Leoninæ tempore Sedis vacantis per Almæ Urbis Gubernatorem in futurum adminiſtrari, & exerceri ſancimus eiſdem prorſus modo, & forma, quibus per eum vivente Pontifice adminiſtratur, & exercetur. Gubernium autem Conclavis una cum Cohorte Militum ſumptibus Cameræ Apoſtolicæ alenda, quam ipſius Conclavis Gubernator habere conſueverat, cæteriſque juribus, privilegiis, facultatibus, juriſdictione, (non tamen in utroque Burgo, ſeu Civitate Leonina hujuſmodi) honoribus, & oneribus, qui, & quæ dicto Gubernatori Conclavis quomodo-

cumque competebant, ac incumbebant respective, aut competere, & incumbere poterant, Præfecto Palatii Apostolici pro tempore existenti, Sede vacante, similiter in perpetuum demandamus, & committimus, idque præter, & ultra facultates, ac jurisdictionem in eodem Palatio, seu aliter illi concessas per quasdam piæ memoriæ Benedicti Papæ XIII, prædecessoris etiam Nostri in forma Brevis literas, quas Sede vacante durare, ac vigere statuimus, & quatenus opus sit, ad id tempus extendimus, & ampliamus: Mandantes propterea per Cameram Apostolicam dicto Præfecto Palatii Apostolici in singulos menses, quibus Sedes vacaverit, subministrari mille scuta monetæ Romanæ, unde cibos, ac frugalem mensam Prælatis Conclavi assistentibus parare, ac præbere valeat, ad quem effectum linteis, ac supellectilibus etiam argenteis Palatii prædicti ad usum hospitum, seu externorum vulgariter *della Foresteria* destinatis, necnon opera, & ministerio Officialium Palatii præfati, quorum munera per obitum Pontificis minime cessant, uti possit. Ad eumdem quoque Præfectum Palatii spectare volumus curam asservandi, ac custodiendi Pontificios Annulos, illamque supellectilem argenteam, quæ pro futuro Pontifice concinnari, & aptari debent.

Officium item Custodis Fontium, qui in Conclave derivantur, utpote supervacaneum perpetuo supprimimus, extinguimus, & abolemus, memorati Gregorii XV, aliorumque prædecessorum contrariis dispositionibus amplissime derogantes.

Cumque rec. etiam mem. Innocentius Papa XII, prædecessor noster, dum venalitatem Officiorum Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Auditoris, ac ejusdem Cameræ Thesaurarii generalium, atque duodecim Præsidentium Clericorum, & unius Præsidis sustulit, omnia, & singula emolumenta tam ordinaria, quam extraordinaria, jura, bona, obventiones, jocalia, regalia, & alios quoslibet proventus certos, & incertos, quæ Sede plena, vel vacante in compensationem pretii persolutí eisdem Officialibus debebantur, & solvebantur, penitus cessare decreverit, ac tam illæ, quam subinde universa, quæ Cardinalis Camerarius similiter Sede plena, aut vacante percipere consueverat, exceptis dumtaxat provenientibus ex Sigillo Officii Camerariatus, quæ scilicet ipsi Camerario reservata, ac quibusdam aliis, quæ publicæ Aromatariæ, seu Medicamentorum Officinæ pro

Pau-

Pauperibus in Urbe institutæ assignata fuerunt, ipsi Cameræ Apostolicæ generaliter, ac perpetuo reuniverit, applicaverit, & incorporaverit, prout constat ex binis ejusdem Innocentii prædecessoris desuper sub plumbo Anno Incarnationis Dominicæ MDCXCII, decimo Kal. Novembris, & Anno MDCXCVIII, quarto Idus Augusti expeditis Literis, quarum tenores præsentibus pariter pro plene, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus: proinde Nos perpetuam reunionem, applicationem, & incorporationem ejusmodi, dictasque Innocentii prædecessoris Litteras similiter confirmantes, ac quatenus opus sit innovantes, necnon quamcumque consuetudinem, usum, interpretationem, gratiam, declarationem, aut concessionem in contrarium quomodolibet subsecutam emolumenta præfata tempore Sedis vacantis respicientem revocantes, & abrogantes, prohibemus ne de cætero prædicti Auditor, Thesaurarius, Præsidentes Clerici, & Præses, ac Cardinalis Camerarius nunc, & pro tempore itidem existentes quicquam ex emolumentis, aliisque præmissis quibuscumque sic reunitis, applicatis, & incorporatis Sede vacante attingant, exigant, aut percipiant; translato vicissim in eamdem Cameram onere eorum sumptuum, quos dictus Cardinalis Camerarius ratione emolumentorum præfatorum, dum ab eo percipiebantur, tempore Sedis vacantis sustinebat.

Chirographum insuper pro reformandis potissimum quibusdam minus necessariis, aut superfluis, aliisque ordinandis expensis, quæ Sede vacante non minus per dictam Cameram Apostolicam, quam per Cameram Capitolinam, seu ejus nomine fieri consueverunt, nonnullisque aliis rebus eo tempore salubriter dirigendis, propediem edere decrevimus, quod eamdem vim, robur, & efficaciam, ac præsentes, habere volumus.

Neque tamen, dum animum ad levamen Ærarii Pontificii adjicimus, Christi pauperum, ac egenorum obliviscimur, probe scientes eo maxime tempore, cum de creando Pontifice agitur, divinam opem per assiduas preces, aliaque christianæ pietatis, & charitatis opera impensius expetendam, ac promereri satagendum esse; ideoque sicuti magnopere commendamus, ita quoque retineri volumus laudabilem morem in tribus postremis Comitiis observatum, ut nimirum defuncti Pontificis Eleemosynarius id muneris exercere pergat cum debita Collegio Cardinalium subjectione, & ab eo

dependentia, donec, ac quousque novus. Pontifex eligatur, utque eadem pecuniæ quantitas in subventionem dictorum pauperum, & egenorum Sede vacante per ipsum Eleemosynarium dispensetur, ac erogetur, quæ vivente Pontifice distribui solet, ad quem effectum consueta mandata a tribus Cardinalibus in Ordine Prioribus, seu deputatis expediantur.

Postremo districte præcipiendo mandamus omnibus, & singulis Cardinalibus præsentibus, ac quandocumque futuris, ne contra hanc nostram Constitutionem, & in ea præscripta, atque contenta quicquam disponere, ordinare, statuere, facere, tractare, moliri, vel attentare, eave in aliquo corrigere, alterare, seu mutare præsumant quovis prætexto, causa, vel exquisito colore.

Utque hujusmodi nostra Constitutio inviolabilius servetur, tres Cardinales, qui supra memoratam Congregationem particularem pro tempore constituunt, ac Ordinum Capita communiter appellantur, & cum iis Cardinalis Camerarius, eamdem Constitutionem in omnibus, & per omnia, prout etiam disposita a dictis prædecessoribus huic nostræ Constitutioni non repugnantia exacte observari procurent, & faciant, super quo per eos, ipsumque Camerarium rationem futuro Pontifici reddi debere statuimus, & mandamus.

Decernentes pariter ipsas præsentes Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod ejusdem S. R. E. Cardinales, eorumque Collegium, & alii quilibet in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, sive auditi fuerint, vel ex alia quacumque causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium, aliove quolibet etiam formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut in controversiam vocari, vel adversus illa aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse; sed easdem præsentes Litteras semper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac iis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime

suf-

suffragari, & ab eis respective inviolabiliter quoque observari, sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ipsosque Cardinales, ac eorum Collegium, & quosvis alios quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpetrandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, quodque Cardinales in Constitutionibus, & regulis pro tempore edendis non comprehendantur, nisi illæ eorumdem Cardinalium favorem concernant, vel de ipsorum, seu majoris partis eorum consilio emanaverint, ipsiusque Pii IV prædecessoris de gratiis dictæ Cameræ Apostolicæ interesse quomodolibet concernentibus in eadem Camera intra certum tempus præsentandis, & registrandis, itaut præsentes litteras ibidem præsentari, aut registrari nunquam necesse sit, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Decretis Consistorialibus, dictique Collegii, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel qualibet firmitate alia roboratis, statutis, stylis, usibus, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, Privilegiis, Indultis, & Literis Apostolicis eisdem Collegio, & Cardinalibus, ac cuilibet eorum, aliisve sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, & alias quomodolibet, & ex quavis causa etiam hic forsan necessario exprimenda in contrarium premissorum concessis, emanatis, editis, ac pluries, & quantiscumque vicibus confirmatis, approbatis, & innoyatis.

Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumqua totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, &

singulorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum dumtaxat specialiter, & expresse, ac plenissime, & amplissime derogamus, ac derogatum esse volumus, & mandamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus quoque, & Apostolica auctoritate decernimus, has nostras Litteras in Libellum redigi, aliisque Prædecessarum Nostrorum Constitutionibus, quæ in prima Congregatione generali post decessum Pontificis, & deinde in Conclavi leguntur, adjungi, ac una cum eis legi, necnon juramentum a Cardinalibus de eisdem Nostris Litaris observandis emitti, prout quoque illas simul cum dictis Constitutionibus Quinterno Cancellariæ Apostolicæ adscribi, atque ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, dictæque Cancellariæ, & in Acie Campi Floræ de Urbe publicari: Volentes etiam quod ipsarum præsentium Literarum transomptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrorum confirmationis, approbationis, admonitionis, hortationis, mandatorum, præceptorum, decretorum, statutorum, ordinationum, suppressionis, extinctionis, abolitionis, prohibitionis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo trigesimo secundo, quarto nonas Octobris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ego

✠ Ego Clemens Catholicæ Eccleſiæ Epiſc.



†
†
† *P. Epiſcopus Tuſculanus Cardinalis Otthobonus S. R. E. Vicecancellarius, promitto, voveo, & juro.*

†
†
† *Ego Ludovicus Epiſcopus Albanenſis Cardinalis Picus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego J. R. Tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis Imperialis, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego J. A. Cardinalis Tit. S. Petri ad Vincula Presbyter de Via, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego A. F. Tit. S. Praxedis Presbyter Cardinalis Zondadari, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Petrus Tit. S. Mariæ Tranſtyberim Cardinalis Corradinus, promitto, voveo, & juro.*

M 3 †

†
†
†
† Ego C. Tit. S. Euſtachii Presbyter Cardinalis Origo, promitto, voveo, & juro.

†
†
†
†
† Ego N. Tit SS. Nerei, & Achillei Presbyter Cardinalis Spinula, promitto, voveo, & juro.

†
†
† Ego Julius Tit. S. Chryſogoni Cardinalis Alberonus, promitto, voveo, & juro.

†
† Ego Gregorius Tit. S. Agnetis Presbyter Cardinalis Spinula, promitto, voveo, & juro.
† Ego Carolus Tit. S. Cæciliæ Cardinalis Bentivolus, promitto, voveo, & juro.

†
† Ego Ludovicus Tit. S. Priſcæ Cardinalis Belluga promitto, voveo, & juro.

†
†
†
† Ego Alvarius Tit. S. Bartholomæi in Inſula Cardinalis Cienſuegos, promitto, voveo, & juro.
† Ego J. B. Tit. S. Matthæi Presbyter Cardinalis de Alteriis, promitto, voveo, & juro.
† Ego Vincentius Tit. S. Onuphrii Presbyter Cardinalis Petra, Major Pœnitentiarius, promitto, voveo, & juro.

†
† Ego Angelus Maria S. Marci Presbyter Cardinalis Quirinus, promitto, voveo, & juro.
† Ego N. A. Tit. SS. Joannis, & Pauli Presbyter Cardinalis Lercari, promitto, voveo, & juro.

†
† Ego F. A. Tit. S. Sixti Presbyter Cardinalis Finus, promitto, voveo, & juro.

†
†

†

†

†

† *Ego Fr. Vincentius Ludovicus Tit. S. Pancratii Cardinalis Gotti Ord. Præd., promitto, voveo, & juro.*

† *Ego D. Leander Tit. S. Callisti Presbyter Cardinalis de Porzia, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego P. A. Tit. S. Laurentii in Pane, & Perna Presbyter Cardinalis Caraffa, promitto, voveo, & juro.*

†

†

† *Ego F. Tit. S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis Burghesius, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego Tit. S. Mariæ de Aracœli Presbyter Cardinalis Salviati, promitto, voveo, & juro.*

†

†

†

† *Ego Vincentius Tit. S. Petri in Monte Aureo Cardinalis Bichius, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego Joseph Tit. S. Thomæ in Parione Presbyter Cardinalis Ferrao, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Antonius Xaverius Tit. S. Stephani in Monte Cœlio Cardinalis Gentili, promitto, voveo & juro.*

† *Ego Fr. Jo: Antonius Tit. S. Martini in Montibus Cardinalis Guadagni, promitto, voveo & juro.*

† *Ego T. Tit. SS. Quirici, & Julitæ Cardinalis de Aquaviva, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego L. S. M. in Via Lata Diaconus Cardinalis de Alteriis, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego C. S. Agathæ Diaconus Cardinalis Columna, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego F. SS. Viti, & Modesti Diaconus Cardinalis de Abbatibus Oliveriis, promitto, voveo, & juro.*

†

† *Ego Alexander S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis Albanus, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Alexander S. Mariæ de Scala Diaconus Cardinalis Falconerius, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego N. S. Mariæ ad Martyres Diaconus Cardinalis Judice, promitto, voveo, & juro.*

† *Ego Antonius S. Nicolai in Carcere Diaconus Cardinalis Bancherius, promitto, voveo, & juro.*
† *Ego Nerius S. Adriani Diaconus Cardinalis Corsinus, promitto, voveo, & juro.*
† *Ego B. SS. Cosmæ, & Damiani Diaconus Cardinalis Ruspolus, promitto, voveo, & juro.*
† *Ego Agapitus S. Georgii in Velabro Diaconus S. R. E. Cardinalis Mosca, promitto, voveo, & juro.*

A. Card. Pro-Datarius. F. Card. Oliverius.

VISA

De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.

Loco ✠ Plumbi.

D. Stivanus.

Registrata in Secretaria Brevium.

CHIROGRAFO

DELLA SANTITA' DI NOSTRO SIGNORE

PAPA CLEMENTE XII.

Che Contiene diversi Ordini, e' Riforme, che riguardano il Conclave, ed il tempo della Sede vacante.

Reverendissimi CARDINALI *Capi d'Ordini, e Camerlengo di Santa Chiesa.*

